6
2
6
22

Biblioteca nazionale centrale di Firenze

This page was intentionally left blank

*

Pagina lasciata intenzionalmente vuota

6. 2. 6. 22

IOANNIS GEORGII ROEDERER. D.

MEDICINAE SPECIATIM ANATOMICAE ARTIS ATQVE OBSTETRICIAE P. P. O. ACADEMIAE SCIENTIARVM IMPERIALIS PETROPOLITANAE, SOCIETATVM REGIARVM SVECICAE AC GOTTINGENSIS SOCII, ET LAT. IENENS. HONORARII COLLEG. CHIRVRG. PRAESIDIS ET PRINCIPATVS GOTTINGENSIS PHYSICI.

ICONES
VTERI HVMANI
OBSERVATIONIBVS
ILLVSTRATAE.

BIBLIOTECA NAZIONALE
1872

GOTTINGAE
SVMTIBVS VANDENHOECKIANIS
MDCCLVIIII.

ILLVSTRI VIRO

PAVLLO THEOPHILO WERLHOFIO

ARTIS SALVTARIS DOCTORI

ET AVGVSTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE REGIS

ARCHIATRO

MAXIMA MVLTIPLICIS DOCTRINAE LAVDE

PARIQVE MERITORVM GLORIA

CONSPICVO

REVERENTIAE DEVOTAEQVE MENTIS

MONIMENTVM

D. D. D.

SALVTEMQVE ET OMNIS GENERIS FELICITATEM

PIE PRECATVR

IOANNES GEORGIVS ROEDERER.

Roederer de Utero.

J. P. Kaltenhofer del. ad Nat. et sculps. cum sequent. Gottingae 1757.

TABVLA I.

EXTERNA VTERI PARTVRIENTIS SVPERFICIES.

Duodecim quaſi horas femina parturiverat.

Prominentes foetus artus in utero, amnii liquore vacuo, plures colliculos elevant. [1]

A Hac ſede naſus eminet.
B Pedis dextri tuber.
C Femoris ſiniſtri latus collis.
D Hac ſede capitis globus ponitur.
E Tuber uteri placentam comprehendens.
F Hunc gibbum dorſum foetus effert.

In omni uteri ſuperficie vaſa arterioſa obrepunt, ramoſa & in varios paſſim gyros ducta. [2]

G G Origines Tubarum, quarum elatior dextra eſt. [3)]

H H

1) Memorabili modo *Uteri parturientis figura, vel amnii liquore expanſi, vel eodem vacui*, differt. Ille figura ovata & regulari circumſcribitur, qualis in *Icone V. noſtra* apparet. Gibbis autem colliculisve uterus, qui amnii liquorem effudit, diſtinguitur. Ea enim praegnantis uteri ad contractionem diſpoſitio eſt, ut in omne mox vacuum ruat & eousque conſtringatur, donec non vincendo obſtaculo objiciatur, cunctos videlicet embryonis artus, velut vagina quaedam, amplexurus. Aliquid iſtiusmodi *Fig. III.* exhibet IO. DAN. SCHLICHTING in *Embryulcia nova detecta. Amſtel. 1747.* cf. etiam GVIL. SMELLIE M.D. *Tabulae anatomicae.* Molem etiam uteri illa contractio inſigniter minuit; ceu videre eſt ex comparatis *Iconibus* ALBINIANIS & SMELLIANIS cum praeſente, quae pariter ad naturalem uteri parturientis molem pictae ſunt.

2) Sub externa uteri membrana iſta vaſa repunt, ramis ſuis in uteri reliquarumque partium, ex utero pendentium, ſubſtantiam diſtributa.

3) *Fundum* utique reliquis *uteri* partibus magis *expandi* in confeſſo eſt, *ortumque*

Tuba-

H H Origines Ligamentorum teretium. 4)
I I Antra Tubarum 5)
K K' Fimbriae 6)
L L Ligamentorum teretium ſectio 7)

M M

Tubarum in gravido utero longius, quam in vacuo, diſtare; ſiquidem in hoc Tubae ex ipſis baſeos fundi lateribus efferuntur. Nondum autem ſatis collectum eſt obſervationum, ex quibus veram uteri incrementi rationem Tubarumque a vertice diſtantiam determinemus. In *Icone* 'ALBINIANA tota tertia parte longitudinis inferior fundo eſt Tubarum origo. In *noſtrae Iconis* latere dextro ex quinta quaſi longitudinis dimenſione Tuba deſcendit, a fundo 1. pol. 8. lin. diſtans, in ſiniſtro vero latere ex quarta, quo nempe 3. poll. fundo inferior eſt. Differentiae aliquid amnii liquoris profluvio & uteri contractioni tribui poteſt. Tubae etiam Ovariaque ex humili loco oriri prima ſpecie videntur, quoniam per $1\frac{1}{2}$ quaſi pollicis longitudinem inter peritonaeum & uterum ſtrictae latent Tubae. Ligamenta teretia a peritonaeo pariter ad totam uteri longitudinem firmantur. Scalpello peritonaeum ad ipſas Tubarum origines eo ſcopo reſecui, ut verae & diſtinctae in icone pingerentur. Ita forſan intelligimus, cur plerique autorum ex humili uteri gravidi loco Tubas prodeuntes viderint.

In *utero ſex menſes foeto* (cf. infra *Tab. IV.*), cujus vaſa cera farcit, $11\frac{1}{2}$. pollices longo, utriusque Tubae ab apice origo diſtat 1. poll. 9. lin. ſive ſextam quaſi cum dimidia partem longitudinis. In ſimili utero Cl. DONALD MONRO ortas Tubas ex tertia longitudinis parte animadvertit. cf. Ejus *Diſſection of a woman with Child; and remarks on gravid uteri p.414.* in *Eſſays and Obſervations phyſical and Literary read before a Society in Edinburgh. 1754.* T.I. Cel. WILH. NOORTWYCK in *Uteri humani gravidi anatome & hiſtoria. Lugd. B. 1743.* p. 7. §. 4. n. 1. in utero ad dimidium, ut refert, praeter propter terminum gravido, ab ipſa materie cerea repleto & liquore amnii diſtento, ex quarta parte ſuperiore Tubas deſcendentes vidit.

Multo inferiorem illum ſitum alii deſcribunt. Ex media uteri altitudine HIERON. FABRICIVS AB AQVAPENDENTE nimis amplas Tubas, ad angulum rectum elatas, derivat, *L. I. de formato foetu*, opp. *P. I. T. I. p. 47.* Similiter illas depictas exhibet GVIL. COWPER *Anatom. Corp. Human. T. LIII. fig. 4.* ABRAH. VATER *Diſſert. quo uterus gravidus phyſiologice & pathologice conſideratur*, in *Icon. Lit. D. D.* (Ext. in *Collect. Hallerian. T. V. p. 266. ſq.*) & HENR. A DEVENTER in *Nov. Lum. Obſtetr. Fig. IV. & C. IX. p. 39.* Alteram nempe Tubam ex media altitudine prognatam, alteram infra mediam altitudinem. *Tubas omnino parum a graviditate mutari, partemque uteri, quae Tubis interpoſita eſt, omnino non maxime augeri & modice convexam eminere* in pluribus gravidarum uteris reperit ILL. HALLERVS *Progr. ad Diſſert. D. Voſſe, in quo de rupto in partu utero obſervationes continuat. p. 5.*

In utero puerperae, quae illico a maturo partu abſoluto mortua eſt, $7\frac{1}{2}$ pollices longo, Tubarum originem a ſummo vertice 3. pollices diſtantem inveni. *In utero feminae tres dies puerperae*, $7\frac{1}{2}$. pollices longo, vix dimidium pollicem a vertice diſtantes origines Tubarum vidi. *In alio utero feminae octiduum puerperae*, 7 poll. 9. l. longo, binos quaſi pollices a vertice diſtantes origines Tubarum obſervavi.

4) In utero vacuo ſive virgineo ex ipſis lateribus *Tubae* & *Ligamenta teretia* erepunt: in gravido ad anteriorem ſuperficiem moventur, praecipue Ligamenta teretia. Idem etiam obſervavi *in utero ſex menſes foeto* (cf. infra *Tab. IV.*) & in dictis (*not. 3.*) *puerperarum uteris.* Elatior ſuperficies uteri poſterior expanſione ſua illam mutationem efficere videtur. Inferiores & anteriores Tubis Ligamentorum Teretium origines ſunt in utero gravido & qui nuper partum enixus eſt. Duos pollices a fundo diſtantes vidit LITTRE in *obſervations ſur le Corps d'une femme groſſe de huit mois.* in *Memoir. de l'acad. Roy. d. Sciences a. 1701. p. m. 383.*

5) Regularis omnino *Antrorum* figura eſt, a ſolita Tubarum Fimbrias verſus dilatatione diverſa. cf. & *Tab. IV. Lit. I.*

Neque praetermittatur *rectus*, qui in figura exhibetur, vel ſaltem leviſſime inflexus, *Tubarum deſcenſus.* cf. & *Tab. IV.* Serpentinae enim Tubae ex vacuo Utero repere ſolent. Praeter antra & rectum deſcenſum vix in Tubis uterorum feminarum gravidarum & puerperarum aliquid ab aliis differentiae notavi.

6) Tubarum ad Fimbrias orificia, ad poſteriorem uteri ſuperficiem converſa, non conſpiciuntur.

7) *Ligamentorum* utique *teretium moles* cum ipſo utero gravido, propter ſimilem ſanguinis abundantiam creſcunt. cf. IO. DOMIN. SANTORINI *Obſervat. V. anatomic. Cap. XI. n. XIII. p. m. 220.* IOH. BAPT. MORGAGNI *Adverſ. Anatom. IV. Animadverſ. XXVII. p. 49.* ILL. HALLERI *Progr. Ruptus in partu uterus, ad Diſſ. D. Schmidt. §. 6.*

M M Ovaria 8)

N N Lata Ligamenta, qua parte tubas & ovaria ad uterum firmant.

O O Laciniae quaedam Peritonaei.

P P Anterior vaginae lacinia, ſuper utero reflexa.

Q Poſterior vaginae lacinia dependens.

R Anterius Oris uteri labium 9)

S Simile poſterius.

T Pars Placentae, oris uteri hiatum replens.

8) Iuxta cum Tubis, quibus poſteriores ſunt, gravidi uteri & puerperarum *Ovaria* deſcendunt. Dextrum ſiniſtro inferius eſt. Brevi ligamento, dimidium quaſi pollicem lato, utero quodlibet alligatur. Ipſis uterorum, in gravidis & puerperis, lateribus ovariorum ligamenta adhaerere ſolent. Poſterior vaſorum ſpermaticorum ſitus in icone non apparet. Cf. MORGAGNI *l. c. Adverſ. I. n.30. & Tab. III. & Adverſ. IV. animadv. XLI.* ILL. HALLERI *Diſſert. Hiſtoria nuperae diſſectionis feminae gravidae. A. 1739.* §. 2. Ext. in *Coll. T. V. p. 283.*

9) Elegantiſſima viſu eſt *orificii uteri figura*, ſpeciem optime declarans, qua ex orificio prima partus initia cognoſcuntur. Parum ea periodo prominet os Tincae, binorum oris hiantis labiorum tumentium ſimile; quo etiam fit, ut in transverſum magis diducatur, quam ipſa labia diſtent. Nihil etiam ab uteri corpore cervix differt, ſed ovata ellipſis ad orificium, velut ad apicem, pergit non interrupta. Oris margines inaequales ſunt & inciſi. Latitudo pollicem parum ſuperat. Ita ſane autopſia confirmat, quae in omni partu exploratio nos docet. cf. *Elementa artis obſtetric. §. 174. & 179.* Modice in icone labium anterius, ut recte os uteri appareat, cum vaginae lacinia inflexum eſt.

TABVLA II.

Tabula II.

FOETUS ET PLACENTA IN POSITU NATURALI.

In anteriore ſuperficie uterus ſectus eſt.

A Frons [1]
B Pars funis circumpoſita collo.
C Brachium ſiniſtrum.
D Manus ſiniſtra.
E Hypochondrium ſiniſtrum.
G Nates ſiniſtra.
H Femur ſiniſtrum.
K Crus ſiniſtrum.
L Siniſter pes extremus.
M Anus.
N Pudendorum labia.
O Crus dextrum.
Q Q Superficies uteri interna, reflexa & vaſculis picta.
R R Superficies interna velamentorum: vaſcula transparent.
S S Superficies uteri externa.
T Placentae pars laevis, ſine vaſculis, quae ſoluta ab utero fuerat. [2]

U Aſpera

1) Non abs re eſſe puto, integrum *Foetus poſitum* eo ſcopo deſcribere, ut eo luculentius, quomodo artus ſcite ſibi impreſſi ſint unicumque globum foetus referat, intelligamus: ita ſane incurvatum dorſum eſt, ut fractum diceres. Caput transverſim poſitum fundum uteri occupat: facies ita ad anteriora dirigitur, ut ſuperior ſit pars ſiniſtra, inferior dextra, frons ad dextram ſedem pertineat, mentum ad ſiniſtram. Inde curvum dorſum in ſiniſtra uteri ſede deſcendit, ad os uteri vergit nates dextra, ſolutae placentae parti inhaerens, ſiniſtra cum ano ad anteriora. Femur ſiniſtrum, ad anteriorem uteri ſuperficiem, abdomini incumbens verſus caput aſcendit, inde crus ſiniſtrum verſus dextram uteri ſedem femur legens ita deſcendit, ut extremus pes placentae ad marginem ſuperiorem & anteriorem inſiſtat, digitis ſurſum verſis. Placentae accumbit aſcendens femur dextrum, ſurſumque ea lege crus exigens, ut genu cavum circa extremum pedem ſiniſtrum flectatur, ipſum crus ſiniſtrum, in dextra uteri ſede, dorſo ſuo legat tibia dextra, dexrri pedis extremi dorſum fronti innitatur, pollex oculum tegat, digiti erigantur & planta ſiniſtrae manus dorſum excipiat. Siniſtrum brachium in dextram ſedem flectitur, vacuum inter femur ſiniſtrum & dextram genam replens: palma manus prehendit genu ſiniſtrum. Siniſtrum brachium teres non eſt, ſed verſus uteri ſuperficiem anteriorem latius, verſus foetum arctius, velut modulus quidam vacuo impreſſus. Brachium dextrum, in poſteriori ſede & dextra locatum, manum placentae & nati dextrae interſerit. Funis, inter mentum & humerum ſiniſtrum, collum ambit. Specimen ſimul hic ſitus praebet *Natum ad os uteri converſarum* docetque difficultatem, quam in apprehendendis pedibus, in ſicco amnii liquore utero latentibus, quandoque experiuntur, qui obſtetriciam artem exercent.

2) Omnis quidem placentae & velamentorum ſuperficies, quae utero nectitur, aſpera eſt &

vaſculis


A
B
R
D
C
K
O
H
L
N
G
M
R
S
S
F
Z
Y

U Aſpera placentae ſuperficies, quae utero adhaeſerat.

X X X Externa velamentorum ſuperficies, in medio plicatorum.

Y Orificium uteri. 3)

Z Hac parte reſectus & reclinatus uterus eſt. 4)

vaſculis picta; illa vero ſede, qua in partu ſoluta erat velamentorum & placentae portio, orificio oppoſita & vicina, vaſculorum & aſperitatis omnis ſpecies diſparuit.

3) Ex media quidem uteri longitudine orificium pergit, ſed in ſiniſtram uteri ſedem praecipua embryonis moles pulſa eſt, oppoſita placentae, quam dexter receſſus complectitur. Ita ſane foetus molem in altera abdominis regione duram amplamque tangimus, in altera minus molliusque placentae corpus, quoties nempe *obliquus uterus* eſt: conferatur utique ingenioſe de hoc argumento diſputans LEVRET *Suite des obſervations ſur les cauſes & les accidens de pluſieurs accouchemens laborieux. Art. II. Sect. IV. p. 69. ſqq.*

4) Integrum os, cum vicina uteri ſubſtantia, relictum eſt, ut in icone eo melius appareat, quomodo ad os uteri placenta converſa ſit.

 TABULA III.

TABULA III.

PLACENTA IN SITU NATURALI

A A Substantia uteri laxa & reflexa.

B B Sectiones uteri. 1)

C Poste-

1) Notabilis *Uteri parturientis & gravidi crassities* est, majorque cum vasa liquoribus turgent, quae in delineato utero ex haemorrhagia tota contracta sunt. In *istius uteri* corpore crassities tres quatuorve lineas aequat, extenuatur versus segmentum inferius, ubi olim cervix fuerat, magisque versus verticis posteriorem partem, vix lineam crassitie excedentem.

In *uteri sex menses foeti* (*Tab. IV. V. & VI.*) pariete anteriore, reliquoque corpore placentam non gerente, crassities 5-6. lineas aequat. Ad parietis posterioris fundique sedem, qua placenta locatur, tres lineas non superat, licet ibidem plura & ampliora sint vasa, maxime venosa. Procul autem dubio minuta illa sede crassities injectione est; siquidem (quod infra explicabitur) tota placentae substantia plena materie ceracea & indurata incumbentem uteri substantiam premendo contentos liquores expulit. Uteri saltem corpus ad parietem posteriorem, infra placentam, linea quin ultra crassius est reliquo pariete placentae innitente, crassitie nempe quatuor lineas excedens. Velut placentae in utero plura & majora vasa respondent, ita reliqua pars corporis, quae minora vasa sustinet, fibrarum motricium plenior est. Versus cervicem vasa aeque minuuntur, ac substantia muscularis, multumque crassities extenuatur.

De uteri gravidi crassitie cf. MARTIN SCHURIG *Muliebria historico-medica. p. 234. sqq.* ILL. HALLERVS *Praelect. in Boerhaave. T. V. P. II. p. 219. sqq.* & *Diss. cit. §. IV.* & *Progr. cit. I.* NOORTWYCK *l. c. P. II. §. 88.* IOS. WEITBRECHT *Nov. Comment. Acad. Scient. Petropolit. T. I. p. 339. sq.* WILH. SMELLIE *Collection of Cases S. III. p. 21. & p. 216.* it. *Tabul. Anatom. passim.* DONALD. MONROO *l. c. p. 417.*

Augeri uteri crassities videtur, *quando absoluto partu contrahitur.* Ita septem lineas crassum vidi *uterum puerperae, quae illico a maturo partu mortua est*, omnia licet, ex sanguinis fluxu, vasa vacua & collapsa fuerint. Neque tamen aequalis omni in sede crassities notabatur; dicta maxima septem linearum crassities ad ambitum corporis referebatur, ad ipsum fundum paullum extenuata; eandem crassitiem versus inferiora servabat, nisi quod ultimo fine, prope vaginam, in apicem exiret.

In *femina tres dies puerpera*, ex gangraena uteri mortua, plani anterioris mediam partem $1\frac{1}{2}$ pollicem crassam observavi, posterioris pollicem cum 1-2 lineis, lateralium marginum pollicem; cum tamen fundi crassities 7 lineas non superaret, cervicisque quinque.

In *femina octiduum puerpera* corporis crassities 9. lin. fundi 7. lin. aestimari poterat.

Similem casum, quo fundus reliquis sedibus crassior non erat, recenset IAC. DENYS *verhandel. over het ampt der vroed-meesters. Cap. III. p. 63. sq.* tribuitque haemorrhagiae, ex qua femina periit, velut in 2 dictis observationibus meis; sed feminae tres & octo dies puerperae ex gangraena mortuae sunt.

Attentionem uitque meretur major uteri crassities in corpore, minor in fundo & cervice. Peculiarem etiam prae reliquo corpore in placentae regione crassitiem non observavi. In vacuo etiam utero corpore fundus crassior non est, quin tenuior in quibusdam. Pleraque tamen autorum testimonia ad maximam fundi crassitiem redeunt. Cf. ILL. AB HALLER *Prael. l. c. p. 221.* DENYS etiam *L. c. p. 58.* pollicem crassum fundum vidit. cf. & *p. 27.* Crassissimus etiam fundus uteri parturientis, qui amnii liquorem effuderat, recensetur a IOHN PAISLEY *Medical Essays T. IV. art. XXXIII. p. 358.* cum infra fundum tenuior pars dimidium pollicem aequaverit. In puerpera fundum 26. lin. partem uteri inferiorem 20 lineas crassam vidit THIBAVLT in VANDERMONDE *Recueil T. I. P. V. S. II. art. 2. p. m. 363.* Recte simul spongiosam uteri substantiam animadvertit.

Crassescere praegnantis uteri substantiam, praeterea notavit ANDR. LAVRENTIVS *Anatom. Corp. human. L. VII. C. XI. p. 354. sq.* viditque saepius

C Posterior uteri paries incisus. 2)

D D D Longitudinales venarum uteri sectiones. (4)

E E Sectiones venarum fere transversae. (4)

F F F F Sectiones arteriarum. (4)

G Hac parte desinit sectio & reclinatus uterus est. 3)

H Funis

saepius cum HUMMELIO IOH. IAC. MÜLLER *Diss. Cas. rariss. uteri in partu rupti Bas. 1745. §. 38. p. 12.*

Uterum parturientis ad placentae lateraliter locatae sedem 2 digitos transversos crassum, caeteroquin dimidium digitum crassitie non aequantem observavit IOH. van HOORN *Lect. tertia anatomes publicae de generatione humana. Upsal. 1709.* Ext. in Cl. WALBAUM *Levreto germanice verso & animadversionibus aucto append. §. 119. p. 499.* cf. & *Diss.* IO. GEORG a BERGEN resp. CONR. WESENFELDS *de Inversione uteri. Francof. ad Viadr. 1732. pag. 20.*

Gravidi uteri substantiam tenuiorem non fieri, observavit etiam HEISTERUS *Observat. medic. miscel. Helmst. 1730. Obs. II. Sectio gravidae subito mortuae.* (Ext. in *Collect. Hallerian. T. VI. p. 715.*)

2) Hac parte tenuissimus paries uteri, ad partem nempe superiorem versus posteriora est.

3) Optime versus hanc sedem conspicitur, quomodo sensim versus orificium uterus extenuetur. Sub ipsum partum sensim versus aperturam inferius uteri segmentum in aciem quasi decrescit, observante jam DENYSIO *l. c. p. 50.* & exploratione docente.

(4) Copiosa sane ad uteri sectiones vacua *Lumina venosa* apparent, in longitudinales quasi rimas a collapso eodem & contracto pressa. Tantillum, ut melius appareant, pictor eadem diduxit. Passim ad D. D. D. quaedam secundum longitudinem secta conspiciuntur, in quae plura alia minora aperiuntur. Alia ad E. E. in transversum magis divisa sunt.

Lumina arteriarum, velut exiguae quaedam puncturae acubus factae, venosis haud parum parciora sunt, pleraque ad latus vasis venosi locata, e. g. ad F. F. F. F. Cuncta reliqua lumina majora venosa sunt. Validioribus utique tunicis, non pellucentibus, sese sustinentibus, arteriosa vasa cinguntur; cum venarum parietes teneriores & pellucentes collabantur.

Versus cervicem vasorum copia sensim minuitur tandemque disparet. Pone placentam, in vicinia & versus segmentum inferius stipatiora sunt vasa & multum ampliora, praecipue venosa, quam in reliquo utero. Qua parte venosa vasa membranae uteri internae subjacent, reti arterioso ubivis cinguntur. Cuncta vasorum lumina rotunda apparent sine angulorum, recessuum vel sinuum specie. cf. *Icones* VATERI, WEITBRECHTI, ALBINIANAE, SMELLIANAE & DONALD MONRO *ll. cc.*

Fibrae etiam *motrices*, velut striae quaedam, in vasorum interstitiis distributae sunt. Ita vero distribuuntur, ut pleraeque inter vasorum rete & communem uteri a peritonaeo membranam locentur, reliquae interstitia vasorum repleant. Pertinacissimo nexu omnes cohaerent omnemque uteri ambitum cingunt, sine laceratione in strata non distinguendae. Possumus tamen utcunque fibrarum directiones sequendo plura strata secernere.

Ita in *anteriore superficie* sequentem stratorum ordinem notavi. Externum stratum longitudinale est, cui crassum orbiculare subjacet, dein obliquum, a parte dextra ad sinistram descendens, porro aliud obliquius, a longitudinali directione multum abhorrens; cum hoc strato descendentem vidi crassum reliquisque distinctiorem fibrarum motricium fasciculum. Dictis stratis supponitur vasorum rete cum aliis stratis motricium fibrarum intermixtis, quorum obliqua directio, qualis in extimo strato obliquo est. Intimum tandem stratum longitudinale est crassumque. Superficies posterior ab anteriore non multum abludit.

Sequentia strata observavi in *utero sex menses foeto Tab. IV. & V.* Secui autem medium *superficiei anterioris.* Primum tenueque stratum transversum est, cui in medio tenue aliud & angustum longitudinale succumbit, fibras in latera mox dispergens. Sequitur aliud crassum stratum transversum, cui vasorum arteriosorum retia inhaerent. Eidem strato fibrae longitudinales immiscentur.

H Funis umbilici vena. (5)

I Arteria funis.

K Funis

ſcentur. Denuo apparent aliae longitudinales fibrae modice craſſae: inde ſtratum vaſorum venoſorum, cui fibrae motrices variae directionis intexuntur. Ultra lineam proprium corpus uteri muſculare craſſum eſt in dicta ſede.

In fundo uteri primum ſtratum longitudinale eſt, in utramque mox ſuperficiem varia directione ſecedens: ſequuntur & immiſcentur fibrae transverſae, cum vaſis tum arterioſis tum venoſis iisdemque majoribus. Inde aliae fibrae longitudinales, rurſusque transverſae apparent. Tandem craſſum ſtratum longitudinale totam fere reliquam ſubſtantiam explet, & in univerſum plures in fundo, quam in ſuperficie anteriore adeſſe videntur fibrae longitudinales.

In ſuperficie poſteriore, qua placenta locatur, primum offertur ſtratum transverſum, inde, velut in ſuperficie anteriore, medium eſt longitudinale, latius tamen atque utrinque verſus tubas in transverſas fibras ſecedens. Sequitur ſtratum transverſum, modice craſſum, cui venoſa vaſa inſperguntur: ultimae ſunt fibrae longitudinales, praeter intimum uteri ſtratum vaſculoſum, cum intextis fibris motricibus, in varias directiones ductis.

Apte in ſtrata *cervicis fibrae motrices*, conſpicuae licet, diſtingui nequeunt, niſi quod internae transverſae appareant.

Anterior paries uteri puerperae, quae illico a maturo partu mortua eſt, ſimilia fere obtulit. Externum ſtratum craſſum & longitudinale a fundo ad cervicem usque deſcendit; ſequens longitudinale, cum immixtis fibris a parte dextra ad ſiniſtram deſcendendo obliquis; dein circulare ſ. transverſum, quod longitudinale ad angulum rectum ſecat, lineam fere craſſum. Porro fibrae, praecipue longitudinales, vario modo vaſorum reti implicitae ſunt.

Similis fere fibrarum in *poſteriori pariete* diſpoſitio eſt, niſi quod faſciculi pertinacius cohaerentes aegrius ſeparentur & praecipue ſibi magis immiſceantur ſtrata, longitudinale & transverſum, caeterum diſtinguenda; copioſiores etiam longitudinalibus transverſales faſciculi appareant, ita quidem, ut duo externa ſtrata plurimam partem ſint transverſa, tertium longitudinale & quartum transverſum, immixtis tamen fibris longitudinalibus ſtrato transverſo. Prouti in anteriore ſuperficie, ita etiam in poſteriore vaſorum intervallis fibrae motrices, praecipue longitudinales, inſternuntur.

In *fundo uteri* diſtinctiora ſunt ſtrata, quam in *cervice*, ubi etiam diſpoſitio paſſim differt: ita in poſteriori ſuperficie verſus cervicem alternam ſtratorum longitudinalium & transverſorum viciſſitudinem vidi, longitudinalibus tribus ſtratis centrum & duas ſedes extremas occupantibus, cum duobus interceptis ſtratis transverſis. Pariter vaſa his ſtratis verſus uteri cavum cum immixtis fibris ſubjacent. Immixta vaſis ſtrata per omnem uterum paſſim ſatis craſſa ſunt.

Non abſonam ſtructuram in *utero feminae tres dies puerperae* deprehendi, extimum nempe, in anteriore ſuperficie, ſtratum longitudinale, dein transverſum, rurſus longitudinale, transverſum &c. cum inſperſis paſſim fibris obliquis. Eo arctiorem ſtratorum cohaeſionem ſtipatioremque ſubſtantiam notavi, quo interiora ſtrata ſunt, & luculentius viciſſim verſus externam ſuperficiem diſcrimen.

Quin alternas fibrarum longitudinalium transverſarumque viciſſitudines vidi in *utero feminae tres hebdomades puerperae*, contracto in longitudinem $7\frac{1}{2}$ pollicum, ſimilium tunicae muſcularis, qualis in lotii veſica eſt, ad fundum reliquis ſedibus diſtinctiorum, craſſiorumque fere transverſarum, quam longitudinalium.

Eo ſtipatiores in deſcriptis uteris fibras motrices vidi ipſamque adeo ſubſtantiam uteri muſcularem ſolidiorem, quo magis a partu contractus eſt.

Specimina diſtributionis fibrarum in variis uteris non ſine uſu deſcribere conſtitui, docentia quippe, alternas fibrarum longitudinalium & transverſarum diſpoſitiones fere poſitus regulam facere, cum obliquarum irregulari ordine inſerto, ita tamen, ut in variis uteris ad eandem abſolute legem & diſpoſitio & numerus dirigi non videantur, atque adeo perpetua & ordinis & numeri lex ſanciri nequeat. Licet etiam pertinax fibrarum ſit conglutinatio, ſtratorum tamen directio obſcura non eſt. Vix autem puto illaeſum ſtratum ſcalpello per univerſum uterum, maxime apertum, ducere integrum eſſe; ſimili hoc nomine ſtructura cordis muſculi, quin fere implicita magis. Inde etiam fit, ut ſine omni fallacia variae & ſibi immixtae directiones non detegantur. Adeo etiam cordi reliquisque muſculis implicitis uterorum gravidarum & puerperarum habitus muſcularis, fibrarum licet color cinereus ſit, aſſimilatur, ut motricem ſeu muſcularem naturam probare inanem laborem cenſeam, autopſia compenſandum (*cf. Diſſert. mea. qua nonnulla muſcularis motus momenta perluſtrantur. Gott.*

K Funis arteria altera.

L L Venae umbilicalis duo rami.

l l l l Rami ulteriores.

M Arteria umbilici communis.

m m m Rami arterioſi.

N Placen-

Gott. 1755.). Ex ſuperfluo tamen lamellam ex utero muſcularem microſcopio ſubjeci & cum alius muſculi lamella, etiam ſuppoſita, comparavi ſimilemque in utraque transparentium trabum & irregulariter viſu diſpoſitarum habitum obſervavi, ſpecie gelatinoſum.

Conſtans etiam ea lex eſt, ut uterum foetum membrana a peritonaeo communis, vix graviditate mutata, ambiens pertinaciſſime ſtrato muſculari adhaereat, hoc ſequatur & vaſorum plexum cum immixtis aliis ſtratis amplectatur. Uteri vero ipſius craſſities craſſitiei proportionem in fibris motricibus, plexui vaſorum exterioribus, dirigit. In *delineato* (*Tab. III.*) *utero* lineas duas non attingit craſſities ſtrati muſcularis: ultra lineam iſtud ſtratum craſſum eſt in *uteri* deſcripti *ſecundi* ſuperficie anteriore; duas lineas in *tertio*; in *quarto* quinque lineas. Quin ipſa externa uteri membrana eandem craſſitiei regulam ſequitur.

Vaſa etiam ſanguifera muſcularem paſſim uteri corticem perforant. Nectuntur praeterea fibrae muſculares, conſpicua ratione, celluloſis fibris brevioribus, pallidioribus, transverſim motrices fibras ſecantibus, ſeu uteri craſſitiem ſequentibus. Eo craſſius etiam eſt uteri ſtratum vaſculoſum, quo craſſior tota ſubſtantia. Verae dimenſiones in delineato utero, nimis videlicet ſubſtantia collapſa, capi non potuerunt, neque in tertio; in *ſecundo* 4 - 5. linearum, & in *quarto* dimidii pollicis craſſitiem ſanguinea vaſa replent: in *quinto* inſignis ſtrictura ita jam motrices fibras vaſis implicuit, ut integra propemodum uteri craſſities ad mixtam illam ſubſtantiam pertineat, ſolidumque & vaſis non diſtinctum ſtratum muſculare vix lineae craſſitiem ſuperet. Fibrarum motricium ſtrata vaſis & peritonaeo interjecta contractiones uteri & ad partum dolores facere videntur, reliquae vero fibrae vaſis intextae conſtrictioni vaſorum inſervire.

De fibris uteri muſcularibus cf. quos excitat ILL. AB HALLER *Praelect. academ. in Inſtit. Boerhaav. T. V. P. II. ad §. DCLXIV. not. c. p. 30. ſq.* quibus addi poſſunt PHIL. VERHEYEN *Corp. humani anatom. T. II. Cap. XXIII. de utero.* I. SALZMANN Diſſ. *de miraculo naturae utero muliebri. Argent. 1712. p. 27. ſq.* H. F. TEICHMEYER *Element. Anthropol. Cap. XLVII. p. 257.* ABR. VATER Diſſ. *Uterus gravidus phyſiologice & pathologice conſideratus. Wittenberg. 1725. Theſ. 1. & 2.* HEISTER *Obſervat. Medic. l. c.* ILL. HALLERVS. Diſſert. *Hiſtoria nuperae &c. l. c. §. 5.* & *Programma II. de rupto utero p. 11.* WEITBRECHT in *Nov. Comm. Petropol. T. I. p. 343.* ALEXANDER MONRO *Phyſical Eſſays. l. c. art. XVIII. p. 427.* Ejus frater DONALD MONRO l. c. *art. XVII. p. 416.* fibras muſculares obſcuriores vidit. CHRISTIAN. RVDOLF. HANNES Diſſ. *qua foetum in utero materno per os nutriri demonſtratur. Duisburgi 1756.* Plerique etiam in arte obſtetricandi magiſtrorum muſcularem uteri ſubſtantiam recipere ſolent. v. g. MAVRICEAV *Tr. des Malad. des femmes groſſes. T. I. C. IV. p. 24.* MESNARD *guide des accoucheurs C. 1. art. III. p. 22.* HENR. A DEVENTER l. c. *P. I. C. IV. p. 23.* FIELDING OULD *Tr. of Midwifry P. I. p. 12.* IOHN BVRTON *New ſyſtem of Midwifry §. 7. p. 17. ſq.* W. SMELLIE *Tr. of Midwifry L. I. Cap. I. S. II. p. 98.* aliique.

Internam uteri ſuperficiem membrana propria veſtit, pari modo pertinaciſſime conglutinata vaſis, velut exterius fibris motricibus membrana a peritonaeo communis. Nihil in eadem fibrarum muſcularium diſtinguitur, ſed mollis eſt in utero gravido, tenuis, pulpoſa, facile lacerabilis in cadavere.

Craſſiorem vidi internam ſubſtantiam in *utero puerperae, quae illico a maturo partu mortua eſt,* tene-

N Placentae ambitus in velamenta extenuatus.

O O Subſtantia placentae reticularis.

P P Velamenta internam uteri ſuperficiem velantia.

Q Superficies uteri velamentis orba.

R Soluta pars placentae & ori uteri oppoſita. (6)

S Ori-

teneram pariter, ſpongioſam ſeu cellularem, fuſcam, lineam paſſim craſſam. Qua parte iſti utero placenta inhaeret, circa imaginarium placentae reſpondens centrum, fibrarum in membrana uteri interna circularis diſpoſitio eſt, ex circulis quaſi concentricis compoſita, ſine ulla tamen fibrarum muſcularium ſpecie. Videtur autem illa diſpoſitio ſequi inſtratas plani muſcularis fibras, iſta in ſede circulares & *Muſculo* cuidam *orbiculari* ſimiles; de quo muſculo RVYSCHIO tributo cf. ILL. HALLERVS *Prael. l. c. p. 33.* HEISTERVS *Obſ. med. l. c.* eum non vidit, neque ALEXANDER MONRO *l. c. p. 428.*

In *quarto utero* non minus ſpongioſam, mollem aëreque inflabilem notavi tunicam internam, ex laminis quaſi cellularibus compoſitam & innumeris poris pertuſam. Quin *in quinto utero* internum uteri habitum laxum obſervavi; dextram ſuperficiei poſterioris ſedem (qua ipſa ſubſtantia craſſiſſima) aſperam, inaequalem, laceram quaſi, cui procul dubio placenta adhaeſit, reliquam vero poſterioris ſuperficiei partem glabram; anteriorem ſtriis in formam triangulam diſpoſitis diſtinctam, parallelis nempe lateribus curvilineis cavi, ſenſim inde a lateribus ad centrum minoribus & convexitatibus ſeſe tangentibus, atque inferioribus in canalem usque cervicis productis. Membranam hanc inter & fibras muſculares in hoc utero ad poſteriorem ſuperficiem ſubſtantia locatur ſeptem lineas craſſa, reliquis in ſedibus paulo tenuior, laxa, cellularis quaſi, vel ſpongioſa a muſculari facile ſeparabilis, qua nempe laxior eſt craſſiorque, ſimilis ſubſtantiae corticali placentarum in brutis. Notari velim in iſtiusmodi uteris internam membranam ab ipſo ſtrato vaſculari, ſive vaſis collapſis, non poſſe ſeparari ſine vaſorum laceratione, iis quaſi permixtam.

(5) Sede dextra & poſteriore ita locatur *Placenta*, ut ad dimidiam fere ſedem dextram aſcendat & toti ſegmento inferiori incumbat. In icone a ſitu naturali parum ad ſuperiora reflexa eſt. In icone II. immutatus ſitus eſt. Inferior portio & ſiniſterior orificio reſpondet.

Placentae diameter 7. pollices aequat. In ſuperficie venae aeque ac arteriae oberrant ea lege, ut venas arteriae conſcendant. Inter majora vaſa, pone tunicam placentae a velamentis, ſuperficies inaequalis & reticularis, reti quaſi tendineo facta, transparet.

Colliguntur vaſa in *funem* prope ab *angulo placentae dextro & ſuperiore*, venae in venam, arteriae in *arteriam*, ſoleant licet utplurimum arteriae in duos truncos arterioſos confluere. Sedes dicta funis non bene ſequitur regulam LEVRETI, qua in humili Placentae ſitu ex inferiori margine funis procedit. Cf. *Suite des Obſ. Art. II. §. VI. p. 113.*

Placentam autem cuilibet regioni uteri, quin ipſi ſegmento inferiori ſubinde inhaerere confirmatur. Cf. & ILL. HALLER. *Prael. l. c. p. 234.* COWPER *Tab. LV.* LEVRET *l. c.* DONALD MONRO *l. c. p. 420. ſqq.* cf. & infra *Tab. V.* In *utero tertio* placenta ſedi dextrae ita inhaeſit, ut aperturam tubae dextrae contexerit & ad pollicis quaſi diſtantiam centrum ejus tubae apertura inferius pauloque ſiniſterius ceciderit: neque adeo medio fundo adhaeſit, neque mediae ſuperficiei poſteriori. In *quinto utero* ſedes placentae procul omni dubio ad ſuperficiei poſterioris latus dextrum referri debet.

Unica quidem *arteria umbilici* eſt ad angulum funis placentaeque, quae vero in ipſo fune mox in duos ſolitos truncos ſecedit. Duo etiam verſus placentam arteriae iſtius rami ſunt, quorum alter in ſubſtantiam placentae mox ab ortu immergitur, alter in ſuperficiem diſtribuitur. Ita liquoris commercia in omni ſede libera ſunt.

Trunci

Tab. III.



Roederer de Utero.

S Orificium uteri.

T T Tubae. (7)

Trunci arteriosi diameter quatuor lineas aequat, diametri superficiarii $2\frac{1}{2}$. lin. *Vena* ex placentae ramis in funem collecta diametri est 5. linearum.

Extenuatur versus marginem placenta & sensim in *Velamenta* degenerat, quorum membrana filamentosa uteri superficie partim vasculis cohaeret, partim tenera quadam tela cellulosa & pellucente, quae cuncta interstitia exactissime replet: pertinacior tamen chorio filamentosa adhaeret, quam utero. Sueto more opaca filamentosa, crassiuscula, mucosa quasi vel gelatinosa vasorum quoddam rete infra describendum comprehendit. Solidae & tenues membranae, amnios & chorion, pellucent. Filamentosa partim in ipsam placentae substantiam producitur, corticale nempe stratum, partim tanquam tenuis quaedam membrana mucosa super placentae superficiem externam. Similia quidem, praeter unicam arteriam, in cunctis, quas examinavi, placentis observavi. cf. & *Diss. mea de foetu perfecto.* Arg. 1750. §. IV. sqq. (*Ext. in Coll. Hall. T. VII.*)

(6) In *tertia icone* pars placentae, quae orificio opponitur, segmento inferiori tecta apparet; in *secunda* depressum est segmentum & integra inferior placentae pars conspicitur.

(7) *Tubae* in hac icone eo scopo delineatae sunt, ut placentae positus ex earum descensu cognoscatur.

TABULA IV.

Tabula IV.

EXTERNA UTERI GRAVIDI SUPERFICIES CUM SANGUIFERIS VASIS.

Comprehendit uterus foetum & amnii liquorem. Femina sextum quasi graviditatis mensem absolverat. [1]

A Dexter

1) Ex integro cadavere tracti uteri *Positum in abdomine* describam. Ita ad *dextram* abdominis *regionem* uterus inclinatur, ut duae fere tertiae partes eodem pertineant, una ad sinistram. Inferius ventriculi planum fundo incumbit. Omnis intestinorum tenuium apparatus, juxta & super utero, sinistrum abdominis cavum replet; descendit ibidem sinistrum colon & maxima omenti portio eodem dirigitur. Ad dextrum uteri latus intestinum coecum & coli dextri initium locantur, ipsa tamen fere tota utero, quo teguntur, posteriora. Vermiformis appendix pone uterum latet. Transversum colon postremo in loco partim pone ventriculum, partim pone uterum se corripit, quorsum etiam in loco inferiori sese recipiunt intestinorum tenuium colique sinistri finis & initium intestini recti. Ad pollicem cum dimidio infra hypochondrium dextrum descendens hepar utero ita imminet, ut apex uteri dexter vesiculam felleam, qua parum tingitur, tangat. Anteriori uteri superficiei sine medio peritonaeum inhaeret. Modice supra ossa pubis pressa utero vesica ascendit.

Descriptus uteri gravidi intestinorumque positus, quoad praecipua momenta, similis saepe observatur. Quoties sane gravidae feminae abdominali tactu explorantur, uteri durities, sine mediis intestinis, abdominis integumentis continua, animadverti solet. Inde etiam fit, ut agitationem embryonis ipsaque membra, imposita manu, distinguamus &, sine laesorum intestinorum periculo, per scissum operatione manuali abdomen in uterum, foetum extracturi, penetremus. In loco tamen inferiori evitanda vesica obvia fit. Dicta sane operationum Caesarearum historiae confirmant. Eadem in cadaveribus, ex quibus varii uteri hactenus mihi memorati tracti sunt, quin in binis aliis, quos olim mox a morte parturientium caesarea operatione aperui, observavi. cf. & IVL. CASSERII PLACENTINI *de formato foetu Tab. I.* ad *Libr.* ADR. SPIGELII *de eodem argumento*, *p. 31.* GVIL. COWPER. *Anat. Corp. hum. Tab. LIV.* Fundo uteri incumbere ventriculum, intestina ad latera locari, peritonaeum abdominisque posteriorem superficiem contingere, sine mediis intestinis, uterum, tribus in cadaveribus observavit DENYS. *l. c. Cap. III. p. 53. sqq.* HEISTERVS *Obs. med. l. c.* uterum totum abdominis cavum, ita ut fere nulla viscera, ut plerumque hoc in statu fieri solet, cernerentur, vidit: cf. & *Ephemerid. N. C. Cent. III. Obs. 74.* WEITBRECHT *Nov. Comment. Petropol. T. I. p. 339.* DONALD MONRO *l. c. p. 404.* gravidum uterum intestinis tectis vidit; nudum tamen T. *IV.* pingit.

In *puerperis* notabiliter mox descendit uterus & in pelvim retrahitur. *Uterus feminae, quae illico a maturo partu mortua est*, totus ad inferiorem pelvis amplissimae aperturam pone sinum delapsus est, parum contractus totamque pelvis amplitudinem replens. Ipsum abdomen laeve erat, molle, collapsum, cum rugis superficiariis. *Uterus feminae tres dies puerperae* totus contractus non est, sed extra pelvim ad ultimam lumborum vertebram ascendit. *Uterus feminae octiduum puerperae* $2\frac{1}{2}$. poll. super pelvim ascendit. *Expansioni ossis ilium dextri* incumbit. In dextro latere sine mediis intestinis peritonaeum tangit. Totam pelvim usque ad os sacrum replet. Ante incisionem abdomen elatum & ad dextram sedem, super osse pubis, durum tangebatur.

Si ad mutatum impeditumque intestinorum positum attendimus, *digestionis varia vitia* morbosque abdominales in gravidis nasci non mirabimur.

Uterum

A Dexter uteri apex. 2)

B Apex ſiniſter.

C Vallis media. 3)

D Inferior pars prominens uteri.

E Depreſſa pars uteri. 4)

F Hac ſede vagina ex cervice deſcendit.

G G Origines tubarum. 5)

H H Origines ligamentorum teretium.

I Antrum

Uterum gravidum dextrum abdominis cavum, inteſtina ſiniſtrum occupare, in vivis feminis frequentiſſima obſervatio eſt. Quando nempe abdominis gravidarum ſtatum exploramus, ſaepius omnino duriorem, tumentiorem elatioremque tangimus ſedem abdominis dextram; molliorem, minus tumentem minusque elevatam ſiniſtram: illuc etiam gravidae frequentiorem embryonum agitationem referunt, quin ponderis quandam moleſtiam ſe ibidem ſentire inde a facta conceptione per omnem graviditatem queruntur. Memoratu autem dignum eſt, partum in plerisque iſtorum caſuum facilem, ſine peculiaribus uteri obliqui impedimentis, ſequi; quamvis nonnunquam faciem, ſine obliquitatis ſignis, ad latus ſiniſtrum verſam viderim. Huic quidem obſtetriciae obſervationi anatomicus calculus adjicitur. cf. ILL. HALLERVS *Diſſ. cit. Hiſtor. nup. diſſ.* not. (*a*) WEITBRECHT *Comment. acad. Petropol. T. IV. p. 264.*

2) Quo in latere uteri foetus collocatur, ipſe etiam uteri fundus, a foetu magis expanſus, in apicem aſcendit. Ultra dimidium pollicem apex dexter aſcendit, deſcendit ſiniſter; quare altitudinis differentia inter dextrum apicem ſiniſtrumque pollicem ſaltem aequat. cf. & *Tab. I.* Paulo etiam *elatiorem apicem dextrum* vidi in *utero feminae octiduum puerperae*; viditque DONALD MONRO l. c. *p. 405. & 415.* item COWPER *Tab. LIV.*

3) Inter utrumque apicem *uteri fundus* parum *depreſſus* eſſe ſolet. cf. & *Tab. I.*

4) *Ovata Uteri figura* diſtincta apparet. Modice uterus verſus inferiora ea lege contractus eſt, ut ſuperior pars hoſpitio excipiat corpuſculum embryonis, inferior globoſa quaſi caput, & arctiori uteri parti collum reſpondeat. Trans inferiorem ſubſtantiam caput tangitur & appreſſo digito movetur, in amnii videlicet liquore natans.

Uteri parturientis & ultimis menſibus gravidi figuram veram quandam ellipſin ovatam aemulari, cujus arctior apex ex dilatata cervice formatur, in triplici ſectione DENYS obſervavit *l. c. C. III. p. 53. ſqq.* & WILH. NOORTWYCK *l. c. T. I.* ne quid de *Iconibus* ALBINIANIS, SMELLIANIS aliisque dicam. Obſtetricantium plures parientis uteri ellipticam, ſine ovato apice, globoſamque fere figuram in ſuis iconibus exhibent. v. g. IAC. RVFF, PEV, MAVRICEAV, DEVENTER, SIEGMVNDIN, RIECKE aliique, quin in plerisque diſtinctus & acutus apex dependet, vitioſo & ad naturam non delineato habitu: vetuſtiores EVCHARII RHODIONIS icones minus a naturali figura abhorrent.

Uteri praeſentis, cera repleti, *Longitudo* in medio 11½ poll. aequat. Maxima *Latitudo* aequiparari poteſt 7 poll. minima ad locum contractum 4. poll. *Craſſities* maxima eſt 5¼. poll. in loco inferiore 3. pollices ſuperat.

5) Velut in Tab. I. ex anteriore uteri ſuperficie *Tubae* & *Ligamenta teretia* procedunt. *Ovaria* cum tubis in cadavere ita dependebant, ut tubarum extrema incumberent muſculis iliacis verſus ſpinas anteriores & ſuperiores oſſium ilium, anteriores ſint tubae, poſteriora ovaria. In *femina tres dies puerpera* tubae & ovaria muſculo pſoadi, qua parte abdomine exit, incumbunt utrinque, interioribus ovariis, tubis exterioribus. Ovarium utrinque longitudine ſua pſoadis longitudinem ſequitur. In *femina octiduum puerpera* ſiniſtrum ovarium ad poſteriora reflexum lateri uteri accumbit, eodemque flexa tuba ligamento tereti & muſculo pſoadi inhaeret, directa ad eundem fimbriae apertura. Dextrum etiam

I Antrum tubae dextrae. [6]

K K Fimbriae.

L Ligamenti teretis fectio.

M M Ovaria.

N Siniftrum Ligamentum latum, qua parte tubam & ovarium ad uterum firmat.

O O O O O Iuxta hanc feriem externa uteri membrana cum peritonaeo a dextro uteri latere eo fcopo refecta eft, ut nuda vafa compareant.

P Vefica urinae, in finiftrum latus reflexa. [7]

Q Q Dexter ureter.

a a Vena Iliaca Communis. [8]

b Vena Iliaca Externa.

c c Vena Hypogaftrica. [9]

d d Radices

ovarium reflexum pone uterum iliaco mufculo & pfoadi incumbit. Exterior & in pofteriora reflexa tuba iliaco mufculo fuftinetur, deorfum verfa fimbriae apertura.

Aequa fane ratione in quolibet latere tuba & ovarii ligamentum a fuo apice diftant, tuba nempe 1. pol. 9. lin. cf. *Tab. I. not. 3.*

Duos faltem pollices tuba inferius eft *Ligamentum ovarii.* In *utero feminae tres dies puerperae* ovariorum ligamenta ultra 2. pollices infra uteri fundum oriuntur. In *utero feminae octiduum puerperae* tuba inferius eft Ligamentum ovarii ultra pollicem, tres nempe pollices a fundo uteri diftat in latere finiftro, in dextro 3. poll. 3. lin. cf. *Tab. I. not. 3.*

6) In hoc etiam utero *Antrum* Tubae dextrae apparet. cf. *Tab. I. not. 5.*, ubi quidem in utraque Tuba adeft; in hujus iconis utero ad folam tubam dextram antrum pertinet. Ad *uterum feminae octiduum puerperae* non longe a fimbria in iftiusmodi antrum tuba finiftra prominet: dextra quidem fine antro eft, fed verfus fimbriam ita flectitur, ut ultima flexura dimidium pollicem ultra reliquam tubam efferatur. Tubae *feminae, quae mox a maturo partu mortua eft* & *alterius tres dies puerperae* antris quidem carent, fed multum verfus fimbrias dilatantur. An ex facta conceptione ifta antra nafcuntur?

In Uteri Tab. IV. ovario dextro luteum corpus latet; in uteri feminae octiduum puerperae ovario finiftro; in uteri Tab. I. ovario finiftro. Ulteriori indagine ifta antra non indigna effe mihi videntur. Licebit forfan conjectare aliquid liquoris, ex veficula graafiana in tubam lapfum, & ad introitum morans, illam dilatare.

7) Vaginae uteri folito more adnata eft vefica lotii. Solitus etiam faccus peritonaei inteftino recto & vaginae interponitur.

8) *Venae cavae diameter* pollicem faltem aequat; *Iliacae communis* $\frac{3}{4}$ poll.; *Iliacae externae* $\frac{1}{2}$ poll. & ultra; *Iliacae internae* 5 lineas. In gravidarum puerperarumque uteris non folarum venarum, quae ex utero fanguinem revehunt, fed etiam truncorum & abdominalis venae cavae haud minorem, quin paffim majorem amplitudinem obfervavi. Ita v. g. in *femina octiduum puerpera* venae cavae diameter pollice inferior non eft, ipfa licet uteri vafa uteri parientis vafis arctiora fint.

9) *Vena hypogaftrica* five *Iliaca interna*, inter folitos fuos ramos, quosdam minores d. d. edit, qui retis in modum communem arteriae gluteae & ifchiaticae truncum aliasque arterias minores amplectuntur. Trans arterias

iftud

d d Radices Venae uterinae. 10)

e Vena Uterina.

f f Duo venae uterinae rami.

g Truncus Venae Vaginalis. 11)

h Ejus ramus uretericus.

i i Duo venae vaginalis rami majores.

k Magnus canalis, venae uterinae & vaginali perpetuus. 12)

l l l Secedens inde ramus veſicalis.

* Pars inferior arcus ad plexum vaginalem.

m m m Plexus venarum in inferius uteri ſegmentum & vaginam diſtributus.

n Ramus in uteri ſublimem regionem cum arteria uterina aſcendens.

o Magnus plexus longitudinalis, ſive Receptaculum venoſum. 13)

p p p

iſtud rete in modicum truncum, diametri aliquot linearum, *Venam* nempe *Uterinam* e. confluit, quae mox in binos ramos f. f. trunco majores ſecedit.

10) Hae radices in icone diſtinctae non ſunt depictae, tectae videlicet ex hypogaſtrica vena orientes & annulorum inſtar circa arterias flexae.

11) Ex inferiori venae hypogaſtricae ſede modicus alius ramus naſcitur, qui pro trunco *Venae Vaginalis* haberi poteſt. Mox *Venam Uretericam* h. ſubminiſtrat, indeque in duos ramos, trunco majores, i. i, ſecedit.

12) Inferior vena uterina & ſuperior vaginalis, arcu inſigni k. facto, junguntur, ex cujus parte ſuperiori ſtipatiſſimus *vaſorum plexus* m. m. m formatur, copioſiſſimos (multo ſane plures, quam icon admiſit, reliquis nempe tectis) ramos vaginae & inferiori uteri ſegmento largiens, quorum quidam, velut n., cum arteria uterina ϟ. in uteri corpus aſcendunt. *Ramos* etiam ille plexus *veſicales* l. l. & p. p emittit, homonymas arterias comitantes & amplectentes.

Inferior ramus vaginalis cum parte arcus inferiore * ad vaginae latus alium plexum format vaginalem, qui ex clitoride quoque ſanguinem per venoſum ramum accipit, & ex uteri ſegmento inferiori. Frequentiſſimis anaſtomoſibus ita plexui uterino jungitur, ut ad inferiorem uteri ſedem latiſſimus pleniſſimusque *pro utero & vagina Plexus venoſus* formetur.

13) Arcus pars ſuperior junctim cum altera vena uterina ſurſum effert plexum longitudinalem, ſive *Receptaculum venoſum* o. ex duobus praecipue ramis craſſis natum. Plures iſtud receptaculum ramos edit, retis in modum cohaerentes, inter reliquos reflexum inferiorem, qui in uterum deſcendit, flexum alterum q., qui transverſim incedit, reliquos aſcendentes r. r., ſpermaticis venis paſſim junctos s. st., & pone eosdem paſſim in uterum penetrantes. †. †.

In ſiniſtro latere minor vena uterina duplici vaginali compenſatur.

In univerſum ex utero gravido copioſiſſimi, maximi & in ſtipatiſſimos plexus collecti rami venoſi ſanguinem reducunt, quamvis pauci modicique

p p p	Minores venae veſicales.
q	Ramus ex receptaculo transverſus.
r r	Aſcendens ex receptaculo rami venoſi.
† †	Trunci in ſuperficiem uteri poſteriorem penetrantes.
s st	Arcus iſtorum ramorum, venis ſpermaticis communicantes.
t	Hac ſede ramus in anteriorem uteri ſuperficiem penetrat.
u u	Trunci Venarum ſpermaticarum. 14)

v v Vena

dicique ſint trunci. Minima ſane pars iſtius vaſorum plexuumque copiae, praecipue ad inferius uteri ſegmentum, depingi potuit. Similia etiam in reliquis uteris puerperarum & feminae parturientis obſervavi. Ita receptaculorum officio iſti rami defunguntur & refluenti ſanguini otia morasque faciunt.

Nihil etiam *Valvularum* ſanguinis progresſum juvare, inter reliqua argumenta, facilitas injectionis tranſitusque materiae ceraceae vel flatus ex truncis in ramos probat; ſiquidem in praeſenti utero per externam venam iliacam in communem indeque in hypogaſtricam, ligata venae cavae parte inferiori, materies ex ſiphone fluxit, cum uteri venas repleviſſem. *Reliquos uteros* flatu vaſis immiſſo examinavi. Aequa lege omnes rami omnisque uteri ſubſtantia internaque ejusdem membrana, ſive placentam, ſive velamenta ſuſtinens, elevantur, ſive truncis flatus impellatur, ſive ſciſſis ſegmentorum ramis. Similes plexus & venarum commercia atque receptacula obſervantur.

14) Inter *venoſa Vaſa ſpermatica*, copioſa & perampla, duo in delineato utero magna eminent, alia modica, plura minora ſunt. Paſſim formatis retibus conjunguntur.

Multum licet in quolibet utero praegnante, vel qui foetum enixus haud dudum eſt, ſanguinis reducant iſta vaſa, copioſa ſint & perampla; diverſae tamen molis & numeri eſſe ſolent, eo fere pauciora, quo majora & viciſſim. In *praeſenti utero* diameter maximae venae ſpermaticae, cera repletae, quatuor lineis minor non eſt. In *utero feminae, quae illico a maturo partu ex haemorrhagia mortua eſt*, venam ſpermaticam vidi, ſanguine refertam, vaſa licet, quae in uteri ſubſtantia diſtribuuntur, depleta fuerint, & lumine ſuo, 2 pollicum ab utero diſtantia, pollice non inferiorem. Ampliſſimam etiam ſpermaticam venam obſervavit DONALD MONRO *l. c. Tab. VII. fig. 5.*

Iuxta tubae longitudinem ſimplex *arcuum ſeries* x. x. x., qualis in meſenterio eſt, formatur, alae veſpertilionis incumbens. Icon ita comparata eſt, ut ſoli trunci ramique majores pro tuba appareant, vacuae ſint peritonaeo minoribusque ramis mediae vaſorum areolae, & ovarium cum ſuis vaſis & parte alae, ovarium ad tubam firmantis, pelluceat.

Inferior quidem ramus modicus & in aſcendentem receptaculi venae uterinae ramum ita producitur, ut ad angulum acutum *conjunctio* s. fiat, ſubſtantiae uteri applicatum. (Notetur, cuncta vaſa modice, ut eo diſtinctiora conſpiciantur, a ſeſe & utero diſtracta atque dimota eſſe in icone), ex quo ramuli in peritonaeum, ligamentum teres & uterum producuntur.

Alia anaſtomoſis st. profundior, ipſi uteri ſubſtantiae implantata, alium receptaculi uterini ramum aſcendentem & productionem ex ramo ſpermatico majori & inferiori jungit.

Rami ſpermatici aſcendendo in ſubſtantiam uteri diſtribuuntur, maxime ad ſuperficiem poſteriorem; alii ante originem tubae, inter quos maximus, in fundum aſcendunt, qua ſede cum maximo, ad ipſum angulum originis tubae, venoſus tubae arcus anaſtomoſi jungitur. Alii verſus anteriorem uteri parietem diſtribuuntur, ex quibus duo, major minorve 2. 2., in ligamentum teres pergunt.

Faſciculus venarum z. z. z. in plures gyros ſive *Labyrinthum* convolutus *ovarii* baſin ſequitur & in ovarium impenditur. Oritur is labyrinthus altero extremo, ab utero remoto, ex pluribus faſciculi ſpermatici ramis modicis ⊙. ⊙., altero utero propinquo in magnum ramum ſpermaticum producitur.

Anaſto-

v v	Vena ſpermatica juxta tubam ad uterum pergens.
x x x	Arcus venoſi ex iſto ramo ad tubam pertinentes.
y y	Magni rami in dextrum uteri apicem aſcendentes.
& &	Rami ſpermatici hypogaſtricis communicantes.
z z z	Venarum & arteriarum ad ovarii baſin Labyrinthus.
⊙ ⊙	Quaedam Labyrinthi origines.
1 1 1	Secedentes in ovarium ramuli.
2 2	Ramuli venoſi in ligamentum teres.
3 3	Transparentia vaſa venoſa, ſubſtantiae uteri immerſa. 15)
α	Arteria Iliaca Communis.
β	Arteria Iliaca Externa.
γ	Arteria Hypogaſtrica.
δ	Arteria Umbilicalis.

ε Truncus

Anaſtomoſes etiam inter uterinas venas & ſpermaticas, harum diſtributionem in ſedem uteri ſuperiorem, illarum ad inferiorem & aſcendendo mediam, penetrante viciſſim flatu, in reliquis parientium puerperarumque uteris animadverti. Homonymas venas ex uno latere in alterum communicare res ipſa loquitur. Cf. REGNER. de GRAAF *de mulierum organis generationi inſervientibus. Cap. VIII.* & *Cap. XI.* & *Tab. XVI.* IOH. SWAMMERDAM *Miraculum Naturae, ſive Uteri muliebris fabrica. Tab. I. Tab. II. Tab. III.* Cel. PHIL. ADOLPH. BOEHMER *Obſervationum anatomicarum rariorum faſciculus II. Obſ. VI. p. LXI. Tab. VII.*

15) *Vaſa uterina* in quolibet utero primum inter membranam communem a peritonaeo & ſtratum muſculare ita diſſeminantur, ut *transpareant;* inde hoc ſtratum perforant, tandemque ampliſſimum rete pone internam uteri membranam formant. Ita v. g. magna vena ſpermatica praeſentis uteri primum in anteriore uteri ſuperficie pone peritonaeum aſcendit, fibris motricibus incumbens, dein in fundum pergit atque in ſuperficie poſteriore pone internam uteri membranam penetrat.

Perampli autem in uteris gravidarum, parientium & haud dudum puerperarum, ſunt *rami venoſi*, qua ſede ad uterum repunt, velut in omnibus uteris citatis aliisque vidi. In *utero v. g. Tab. I. II. & III.* vidi iſtiusmodi ramos quatuor linearum diametri, quin in ſiniſtro latere uterinum, in totam ſuperficiem poſteriorem, indeque in ipſam ſubſtantiam, diſtributum, diametro dimidium pollicem aequantem, cui ſimilis in dextro latere, quatuor lineas amplus, reſpondet.

Plures etiam lineas ampli ſunt rami, ubi in ipſam uteri ſubſtantiam penetrant.

In *utero feminae, quae mox a maturo partu mortua eſt*, vidi inter alios truncum venoſum, in ipſa ſubſtantia ſtrato muſculari ſubjacentem, cujus diameter quinque lineis inferior non eſt.

In *utero feminae tres dies puerperae* contractiora vaſa ſunt, ſiquidem aliquot modo lineis venarum diametri aequiparari poſſunt, maximaeque venae, in ipſa ſubſtantia uteri deliteſcentis, amplitudo lineam cum dimidia non ſuperat.

Vaſorum venoſorum in *uteri feminae octiduum puerperae* ſubſtantia maxima lumina vix duas lineas excedunt; majora modice ſunt trunci a latere uteri haerentes; ita v. g. venam ſpermaticam tribus lineis non inferiorem diametro vidi.

In *utero feminae tres hebdomades puerperae* maxima vaſa in vicinia ſubſtantiae uteri ad lineam cum dimidia conſtricta obſervavi.

ε Truncus communis pro duabus arteriis, Iliaca posteriore & Ischiatica, quarum illa simili vena tegitur.

ζ Arteria Vaginalis. 16)

η Dextrae Arteriae Uterinae origo. 17)

λ. λ. Pergens pone venas arteria inter η & θ.

θ Origo Arteriae Vesicalis ex uterina.

μ Descendens & in ramos divisa Arteria Vesicalis posterior. 18)

ν Anastomosis cum vesicali sinistri lateris.

ς ς ς Utero adhaerens & ascendens arteria uterina.

ξ Sinistra arteria uterina. 19)

ο Arteria

16) *Vaginalis arteria* communi trunco oritur cum umbilicali & uterina: modice inflexa ad vaginam descendit, cujus totam longitudinem ad genitalia usque externa sequitur, vaginae a latere haerens & in posteriorem sensim parietem obliquata. In omnem vaginae ambitum copiosos & in anteriorem *vesicae* superficiem paucos ramos distribuit. Lineam diameter parum superat. Arteriarum uterinae, umbilicalis & vaginalis origines ad acutos angulos cohaerent; in icone autem ut distinctiores appareant, ex naturali situ dimotae sunt, quare progressus etiam uterinae arteriae λ. λ. distractus est.

17) Pone umbilicalem *Arteria Uterina* orta & serpentino flexu venis quasi immixta ad uterum ascendit. Ipsi porro utero sede, qua ex eodem vagina descendit, firmissime applicatur. Inde longo itinere, utero passim adhaerens venisque uteri tecta, ascendit, pone spermatica vasa in uteri substantiam penetrans. In icone progressus arteriae uterinae ad uterum, venis tectus, lineis expressus est, & quo melior ascensus ejusdem appareat, diductae & ab utero dimotae venae sunt.

Dum ascendit ista arteria, minores passim ramulos in anteriorem posterioremque uteri parietem dimittit levissime descendentes atque adeo obtusum cum trunco angulum intercipientes, idque sine facto ad originem angulo ascendente.

Oriens arteria modicum *ramum uretericum* edit, inde *vesicalem* θ., porro *arteriam cervicis uteri* ο.

Aequat arteriae uterinae diameter lineam cum dimidia. In *utero* etiam *Tab. I.* maximi trunci arteriosi diameter vix duarum linearum est.

In universum si *Venarum Arteriarumque historiam* comparamus, pauciores haud parum venis arterias deprehendimus minoresque, omnem licet cum iis substantiam pervagentur, peritonaei membranae primum tectae indeque habitum muscularem perforantes. Quare arteriis etiam aëre repletis, omnis uterorum descriptorum substantia elevatur. Arteriae in serpentinos gyros flectuntur, venae copiosos plexus laterales edunt.

18) Aliquot omnino sunt *Arteriae Vesicales.* In latere dextro *vesicalis arteria anterior minorque* (diametri quasi linearis) una alterave ex umbilicali oritur, primum recta, inde serpentina, ramulumque in vaginam exigens. *Posterior* alia & *major*, θ. μ. ex uterina arteria procedit, qua haec inflexa & utero applicita ascendit. Leviter ab origine arteria vesicalis facto arcu flectitur moxque in duos ramos, in vesicae posteriori superficie distributos, secedit, quos venae satellites utrinque comitantur. Inferior ramus conspicua anastomosi confluit vesicali alterius lateris ex umbilicali ν.; velut in universum vesicales frequentissimis anastomosibus uniuntur.

19) In sinistro iconis latere flexus ad uterum comparet *arteriae uterinae arcus*, cum descendente ex eodem ramo flexuoso, qui in cervicem uteri, orificium & anteriorem superioris vaginae parietem distribuitur. Similis etiam ramus in dextro latere est, non depictus.

Tab. IV.

Roederer de Utero.

ο Arteria cervicis uteri.

π π Truncus Arteriae Spermaticae.[20)]

ϱ Ramus in Ligamentum teres.[21)]

σ Hac ſede in uterum penetrat.[22)]

τ Deſcendens ramus in celluloſam.

υ υ υ Arteria Tubae.[23)]

20) Copioſae licet & amplae ſint venae ſpermaticae, unica tamen eademque parva $1\frac{2}{3}$. lin. diametro aequans, eſt *Arteria ſpermatica*, ſerpentina & circa venas flexa, inter easdem in loco inferiori σ. in uterum penetrat, cum venae magis aſcendant. Non interrupto canali, latens in uteri ſubſtantia, in arteriam uterinam producitur & ex eadem ceraceam materiem accipit: quin paulo craſſior truncus eſt, qua ſede in uterum penetrat, quam qua in fune ſpermatico repit; documento non dubio, lentiſſimum ex hac arteria in cognomines venas ſanguinis tranſitum eſſe, mora ſua & copia parietes extendentis. Similia etiam in reliquis uteris ſaepius dictis notavi.

21) Longus ramus eſt, in binos alios ſerpentinos & exiles ſecedens, aſcendentem & deſcendentem. Primum illi rami ligamento incumbunt, dein in ipſam ſubſtantiam penetrant; ſuperior quidem ad originem usque tubae, inferior juxta totam ligamenti longitudinem.

22) Penetrat arteria ſpermatica, inter duos maximos ramos venoſos, cum venis verſus poſteriorem uteri parietem.

23) Mox infra originem tubae, inter ipſam tubam & extimam Venam tubae applicitam, *Arteria Tubae*, linearis diametri, orta ex uterina intra uteri ſubſtantiam, junctim cum vena exit, circa eandem ejusdemque arcus flexa & plicata, atque ad fimbriam usque tubae vicina & ramos ſubminiſtrans, excurrit. Minores cum arteria ſpermatica anaſtomoſes facere ſolet, quas depingit *Cel.* BOEHMER *l. c. ad* χ. In ſiniſtro latere craſſior iſtiusmodi truncus arterioſus inter magnos ramos venoſos oritur, pone quos ad ligamenti teretis anteriora ramulum mittit. Ipſe inde venis emergens, circa quas deſcendens flectitur, in duos ramos ſecedit, quorum alter in arteriam ſpermaticam producitur, alter fit arteria tubae: minor ramulus alius in celluloſam diſtribuitur.

Ita autem iſta vaſa oriuntur. *Arteria uterina* pone faſciculum vaſorum ſpermaticorum in duos ramos dividitur, quorum

I. *Minor* recta via aſcendit & denuo bifurcatur in (α) ramum ſuperficiei uteri internae propiorem & in ramulos ſerpentinos diſtributum; & β) propiorem ſuperficiei externae, iterum bifurcatum in (1) ramum extrorſum flexum inter ſpermaticos ramos venoſos; qui denuo dividitur in *arteriae ſpermaticae continuationem* & inſignem *arteriam ovarii*, quae ad formandum ovarii labyrinthum arterioſum ſymbolam confert & cum arteriae ſpermaticae ramulis, eo pertinentibus, communicat. (2) Alter ramus aſcendens partim in uterum diſtribuitur, partim trunco ſuo inflexus in *arteriam tubae* producitur.

II. *Major* aſcendendo in poſteriorem uteri parietem flexus, primum laterales ramos emittit, nempe in parietem uteri poſteriorem inſignem ramum aſcendentem. *Tab. VI. fig.* 2. a., qui dividitur b. in ramum alterum c. deſcendentem, alterum d. ſubſtantiam uteri perforantem, & in anguillulam e. continuatur. Inde truncus, parum extenuatus, in ſede fundi uterini, in tres ramos diviſus finitur: quorum α) pergit verſus anteriorem uteri parietem, β) in fundum, γ) in parietem poſteriorem f.; hic reflexus deſcendit, flexuoſus pergit, partim magnum ramum g. deorſum mittit, partim h. ſubſtantiam uteri perforantem & in anguillulas *Tab. VI. fig.* 1. & 2. delineatas continuatum. Iſta quidem ex latere dextro dicta ſunt.

In ſiniſtro latere I. *Ramus minor* partim in uteri ſubſtantiam penetrat, partim ovarii ramum ſubminiſtrat, partim notabilem ramum alium, inter truncos venoſos ita diviſum, ut retrogradus alter ramus ſit communis arteriae ſpermaticae & tubariae truncus, alter ad originem ligamenti teretis producatur ($\frac{2}{3}$. lin. craſſus), qui admodum flexuoſus & in plures ramos diviſus ad finem usque ligamenti deſcendit.

TABULA V.

Tabula V.

Foetus & placenta in poſitu naturali.

A Fundus uteri.

B Pars dextra uteri reflexa.

C Hac ſede latet cervix & orificium uteri.

D D Placenta. 1)

E Siniſtrum embryonis latus. 2)

F F F Umbilici funis. 3)

G Hac

Delineari etiam hunc poſitum curavi, quod varii poſitus ſpecimina naturalia colligenda eſſe puto, illis multum praeſtantia, quae in ſuis ſcriptis ex ſuo arbitrio plerique obſtetricantium exhibent. Eſt vero ſpecimen **capitis mature delapſi** (*cf. Diſſ. m. de temporum in graviditate & partu aeſtimatione 1757.*).

1) Magna **placenta** poſteriorem uteri ſuperficiem, dimidium fundi partemque dextrae ſuperficiei occupat, dextrae tubae in uterum aperturam tegens: a ſiniſtrae tubae apertura duos pollices diſtat, menſuram in uteri circumferentia capiendo; canali vero cervicis $2\frac{1}{2}$. poll. ſuperior eſt placenta.

2) A latere **embryo** ita **collocatur**, ut curvatura dorſi legat latus dextrum; occiput modice obliquum verſus latus dextrum orificio opponatur; auris ſiniſtra ad parietem anteriorem, dextra ad poſteriorem dirigatur; anterius ſit femur ſiniſtrum, poſterius dextrum; & dextra natum in placentam nitatur. In abdomen femora replicantur, denuo verſus latus ſiniſtrum pedes deſcendunt & extremi pedes ſiniſtro uteri parieti inſiſtunt. Decuſſatae tibiae faciunt, ut anterior ſit extremus pes dexter, poſterior ſiniſter. Mentum in thoracem nititur, facies ad angulum uteri ſiniſtrum in ſuperiora dirigitur. Brachium ſiniſtrum in faciem ita reflectitur, ut pollex fronti imprimatur, & digiti in poſteriorem ſuperficiem replicentur. Brachium dextrum ex ſuperficie poſteriore verſus anteriorem emergit, digiti circa medium uteri in manum flectuntur & ſecundarum phalangum radices ad parietem ſiniſtrum diriguntur. Anus & genitalia ad latus pariter ſiniſtrum ſpectant. Depictus eſt embryonis poſitus, qualis in utero, amnii liquore expanſo, conſpiciebatur.

3) **Funis** ex umbilico aſcendens ad collum, verſus dextrum uteri parietem pergit, collum inde veſtit & in icone inter aurem ſiniſtram brachiumque comparet. Ori dein incumbit, ſiniſtro brachio tegitur, manu ſiniſtra prehenditur, ſub dextro brachio latens deſcendit & placentae inhaeret, cujus margini ſiniſtro, embryoni nempe oppoſito, inſeritur. Inſertio dextra aure tegitur. *Specimen* eſt *funis mature embryonis collo circumpoſiti.*

Veram **Embryonis aetatem** reſcire non potui: dixerunt ſaltem, qui defunctam feminam noverant, ad ſextum quaſi ſeptimumve menſem graviditatem evectam fuiſſe.

Aequat autem embryonis pondus $2\frac{1}{4}$℔, pondus liquoris amnii $2\frac{1}{4}$℔. Longitudo embryonis $15\frac{1}{2}$. poll. Inter reliqua praematuri foetus criteria, graciles artus & corpuſculo inſtratam lanuginem obſervavi, duo ſigna, quae icon etiam manifeſtat. Tumens quoque ſcrotum & naturalis in pene phimoſis comparent. Eſſe itaque *tempus graviditatis, quo amnii liquoris & embryonis, capite ad os uteri delapſi, pondera aequa ſint*, liquet. Ante illam periodum ſuperior pondere amnii liquor eſt, poſt illam embryo. cf. HERMANN. BOERHAAVE *Praelect. Acad. in Inſtitut. ed.* Ill. ab HALLER *l. c. ad §. DCLXXXIV. p. 364.*

Neque

Tab. V.

Roederer de Utero.

G Hac ſede palpebrae ſiniſtrae parum comparent.

Neque in hoc, neque in reliquis uteris aliquid inveni, quod pro *Alantoide* haberi poſſit.

Memorabilis etiam eſt *Poſitus embryonis lateralis*, quem verum naturalem eſſe judicat FIELDING OULD *Treatiſe of Midwifry P. I. p. 28. ſqq.* & cum eodem W. SMELLIE *Treatiſe of Midwifry L. III. Cap. I. S. I. p. 175. ſq.* & *Tabul. Anatomic.* paſſim. Nollem tamen ſine limitatione iſti ſententiae adſcribere; ſiquidem

(α) Obſervationes nos docent, in plerisque partubus naturalibus faciem naſcendi mox foetus ad os ſacrum dirigi, occiput ad oſſium pubis ſymphyſin, rarioresque caſus eſſe, quibus in alterutrum latus facies convertitur. Frequentiam illius ſitus non bene obſtetricum contrectationibus OULD tribuit; quam in noſocomio curae meae commiſſo non minus obſervavi, nihil licet in naturali partu contrectetur.

(β) Neceſſitatem lateralis poſitus majori pelvis inter latera, quam ſacrum & pubis oſſa, dimenſioni ſuperſtruit, quae utique ad aperturam ſuperiorem dubio non caret. Ad inferiorem autem pelvis aperturam, niſi os coccygis in poſteriora tendatur, aequales fere eſſe ſolent illae dimenſiones, quin ſuperare lateralem dimenſio ab oſſe ſacro ad oſſa pubis, quum in poſteriora os coccygis movetur. Quam ob rem ſub partu, quo, ſi id opus eſt, in poſteriora pelli os coccygis poteſt, ad inferiorem utique aperturam majorem inter oſſa pubis & ſacrum, quam lateralem, diſtantiam aſſumere debemus. Ex dicto itaque principio aſſerendum eſſet, lateralem foetus poſitum ad ſuperiorem pelvis aperturam obſervari & ad inferiorem in conſuetum mutari, utut nullam vertentem illa lege vim in utero cognoſcamus.

(γ) Quando OVLDIVM a vulgari poſitus opinione revocat major in capite foetus menſura ab oſſe frontis ad os occipitis, minor inter aures, quarum illa melius aptatur diametro pelvis majori, id eſt laterali, haec minori, id eſt illi, quae oſſa pubis & ſacrum jungit; de vero capitis in partu lapſu cogitare non videtur. In utero quippe foetus ita compoſitus eſt (cf. & Icon praeſens), ut in thoracem mentum reflectatur, ad uteri fundum facies dirigatur & in ſuperiorem pelvis aperturam ſolum occiput deſcendat conicum atque acutum. Ita quidem ſine ullo negotio a ſuperiore pelvis apertura occipitis apex admittitur, a primo dolorum impetu depulſum; atque adeo, ſi ad iſtam ſuperiorem aperturam reſpiciamus, indifferens eſt, quisnam ſit capitis poſitus, modo pars conica & arctiſſima, occiput nempe, deſcendat. In ulteriori progreſſu lateralis capitis poſitus certò vitioſus eſſet, quem non amplius ſolus pelvis axis dirigit, juxta quem dolorum actio premit (cf. *Progr. m. de axi pelvis Gott. 1751.*), ſed latens etiam in pelvi vagina. Quodſi enim in nuda pelvi caput deſcenderet, axin utique pelvis ſequeretur, dolorum impetu impulſum; comprehenditur autem a vagina, quae arcum ex media apertura ſuperiore ad anteriorem aperturae inferioris partem inter oſſium pubis arcum, partus tempore, facit. Ita poſterior vaginae paries planum ad anteriora inclinatum format, in quo caput ab axi pelvis verſus oſſium pubis arcum dimovetur: Vis ſane compoſita oritur, ex dolorum impetu, qui in directione axeos pelvis agit, & plani inclinati & mobilis, cujus directio ad anteriora vergit, renixu; quae, velut in naturali partu obſervatio nos docet, occiput foetus verſus arcus oſſium pubis partem inferiorem indeque externum ſinum dirigit. Ille vero tum arcus, tum externus ſinus, a lateribus compreſſi ſunt, atque adeo minimo negotio occiput admittunt, reliquumque ſucceſſive capitis ita diſpoſitum, ut arctior pars, id eſt inter aures diſtantia, lateribus reſpondeat. Quin, ſi ita pergit caput, atque verſus poſteriora ſinus commiſſuram &, ſi id opus eſt, os coccygis movet, commode poſterior oſſis occipitis pars fornici arcus, velut hypomochlio cuidam, innititur, ea quidem lege, ut naſcens caput rectam quandam lineam non ſequatur, ſed arcum, cujus fere centrum ad iſtud hypomochlion referre poſſumus, ipſe vero arcus circa verticem faciemque foetus, vel parietem vaginae poſteriorem & ſinus commiſſuram, vel oſſis ſacri & coccygis curvaturam, partes videlicet ſibi reſpondentes, ducatur. Haec quidem naturalis via ducem non minus ſe praebet operatori, manu vel inſtrumentis foetum exſolventi. Huc conferantur *Cl.* IOH. HIER. KNIPHOFII *Diſſ. de capite coniformi foetus partum facilitante. Erford. 1752.* LEVRET. *Suite des Obſ. Art. VI. p. 164.*

(δ) Neque etiam recte alium OVLD thoraci, alium capiti ſitum tribuit, huic nempe lateralem, illi ad matris os ſacrum converſum. Facile enim liquet, quam incommodus, quin periculoſus iſtiusmodi ſitus detortus foetui eſſet. (cf. & icon praeſens).

Tabula VI.

FIGURA I.

Interna uteri gravidi ſuperficies.

Segmentum depictum eſt ex utero Tabularum IV. & V.

Gyri majores & convolutiones indicant vaſa uteri venoſa.

A. B. C. D. E. F. Aperturae horum vaſorum ex ruptura membranae internae natae.

Ad

Dubius profecto habitus vaſorum uteri eſt, ad ſuperficiem internam pertinentium & in placentam continuatorum. Utilis teſtimoniorum opinionumque collectio legitur in ILL. ab HALLER *Prael. l. c. p. 251. ſqq.* Quae ipſe de hoc argumento obſervaverim, dicam. Similia fere obſervavi in *uteris; feminarum, quae mox a maturo partu mortua eſt. A. 1754.:* & *quae ex haemorrhagia parturiens periit. Tab. I. II. & III. A. 1755.* quorum nempe vaſa materie ceracea non replevi, prohibitus ab opere ſuperficiei internae lacerationibus.

Internam membranam molliuſculam, tenuem, vidi & modice quaſi villoſam: ***Ampliſſimum maximarum venarum rete*** illam tegit, frequentiſſimis anaſtomoſibus ita factum, ut, una vena inflata, totus uterus elevetur, flatu mox per omnes venas oberrante. In capillaria vaſa venoſi trunci verſus placentam & membranam filamentoſam non extenuantur, ſed ampliſſimi pone internam uteri membranam diſtribuuntur. Nihil neque ex his venis in vaſa umbilici, neque viciſſim ex his in illas, flatus penetrat, ſive in recenti utero experimentum fiat, ſive in aqua macerato. Cylindraceae vel conicae ſunt venae, ſine receſſu angulari vel in peculiares ſinus elevatione, ramis ſine medio in truncos continuatis. Collectio vero in rete, & plurium ramorum in unum truncum inſertio, faciunt, ut majores trunci copioſis aperturis perforentur ſpeciemque aperti ſinuum faciant, plures venas colligentium. Tenues venarum parietes adeo pertinaciter internae uteri membranae adhaerent, ut ab illa membrana in collapſo utero non diſtinguantur.

Orificia etiam ***venarum in uteri cavum*** flatu diducta obſervavi, rariora ante macerationem, copioſiora poſt eandem. In ſola uteri ſede, quae placentam ſuſtinet, maxime verſus hujus ambitum, iſta orificia vidi. Sua quidem ſponte aperturae non comparent, ſed a flatu demum diducuntur & valvulis quaſi teguntur. Sibi nempe relictas proprius paries & interna uteri membrana maximam partem contegunt, elevata autem flatu membrana hiatus ſemilunaris diſtrahitur; fere uti in glandulis mucoſis dorſi linguae. Aliae iſtarum aperturarum venarum fines eſſe videntur, ex una modo plaga canalem incipientes; aliae medium quaſi canalem perforant, patula utrinque in ductum via. Ampliora quidem orificia ſunt in utero feminae in partu mortuae, quam in utero puerperae, quae illico a maturo partu mortua eſt, multum videlicet, cum vaſis, contracto: in hoc quippe lamellae, ſive valvulae orificia tegentes, hiatum, collapſae & non inflatae, integerrime claudunt. Similia fere ſunt, quae in *iconibus ſupra p. 7. excitatis* conſpiciuntur, & DONALD MONRO *l. c. p. 413.* & *p. 422.* ſimiles valvulas obſervavit. Soli pori ſuperſunt in *uteris puerperarum.* cf. ſupra ad *Tab. III. not. (4). p. 10.*

Quae viderim A. 1757. in *utero feminae, ſex menſes gravidae*, cujus venas ceracea materies farcit, porro dicam. Copioſiſſima ſunt ***vaſa venoſa***, quae ad internam uteri ſuperficiem pertinent, in areolas diſpoſita, in arcus reflexa & omni ſede anaſtomoſibus juncta. Cuncta teretia ſunt, ſine omni ſinus vel receſſus ſpecie, velut in ſuperioribus uteris. Paſſim velut ſtrata quaedam, ſecundum uteri craſſitiem, ſeſe incumbunt, eo copioſiora, quo propiora ſuperficiei internae: haec ultima immediate tenerrimae & fragili membranae uteri internae ſubjacent. Nullibi verſus internam uteri ſuperficiem diameter venarum

Ad A. praecipue apparet, quomodo canalis continuatur.

Inter E. & F. magna canalis pars desideratur, quae placentae cum cera adhaesit.

e Anguillula arteriosa. 1)

k. & l. Anguillulae arteriosae. cf. Fig. II. 1)

venarum minuitur, quin potius augetur; neque in eadem desinunt; sed reflexae in suas areolas continuantur, ita ut nihil anastomoseos ex venis uteri in placentam compareat.

Magna tamen *ceraceae materiei quantitas in placentae spongiosam substantiam effusa est.* Qua via eodem penetraverit, quaeritur? Vix puto, naturali quodam itinere, vel sua sponte ad placentam patulis ostiis id factum esse; siquidem aperturarum ratio nunc declaranda alia nobis indicare videtur. Denuo venarum orificia, valvulis ad speciem munita, velut in superioribus uteris, observavi & animadverti, α) pauca esse istiusmodi orificia & admodum dissita cum magnis spatiis mediis, non perforatis apertura quadam; β) sine omni regula vel ordine disposita; γ) irregulares aperturarum figuras esse, angulares passim, semilunares, laceras, majores minoresve; δ) alias, velut ad A. medio canali venoso respondere; ε) alias vero, velut ad E. & F. venarum terminos facere. Exactiori autem examine instituto inveni, soluta passim venarum, cum contenta materie ceracea, frusta superficiei placentae sedibus illis inhaerere, quae finibus venarum apparentibus respondent; ita ut solutum illud venae frustulum a placenta, uteroque ad lacera loca rursus impositum, duos venarum fines, v. g. E. & F. jungat, & interruptum canalem restituat integrum; ζ) internam uteri superficiem eleganter ab inflatis vel ceracea materie, vel aëre, vasis elevari, conspicuis vasorum areolis, velut totidem colliculis, distincte in icone depictis. η) Haec quidem in interna uteri superficie, quae placentae respondet, comparent. Pari modo pone velamenta venosa uteri vasa distribuuntur, sed sine ullo, velut etiam in superioribus uteris, versus velamenta orificio. θ) Tota placentae substantia spongiosa materie caerulea, venis effusa, plenissima est & ultra pollicem passim inflata & indurata: nihil autem absolute in ramulos vasorum umbilicalium, minus multo in truncos penetravit.

Descripta phaenomena ita explico. Quando ceracea materie venae replentur, in intimos ramos haec penetrat, mollibusque passim parietibus contra duriusculum placentae corpus pulsis laceratisque, in spongiosam placentae substantiam materies effunditur. Copiosiores profecto illae aperturae essent, si prius adfuissent. Illis porro sedibus, ubi in spongiosam placentae substantiam materies fluxit, facta pressione & aucto contactu, firmior placenta utero adhaeret & quasi nunc agglutinatur ceracea materie; quare passim, dum separatur placenta, evenit, ut aliis in sedibus tenerior membrana uteri interna passim laceretur, sicque aperturae quaedam irregulares in ipsis vasorum parietibus & simulacra valvularum oriantur, ex laceris, dependentibus & sinum quasi venosum tegentibus membranulis, seu vasorum parietibus; passim canalis venosi frustum cum contenta materie ceracea cohaerens maneat placentae, ab utero distractum. Distinctissime sane apparuit, nihil canalis ex utero in placentam produci, sed clausa cuncta esse, praeter dictas lacerationes, tectaque interno uteri tegmine. Procul etiam dubio maceratione interna uteri substantia ita resolvitur & emollitur, ut aperturarum numerus flatu valide immisso facile augeatur, velut in superioribus uteris, ceracea materie non repletis, notavi.

Istiusmodi phaenomena fuisse arbitror, quae observavit *Cel.* NOORTWYCK l. c. cf. & *Cel.* ALEX. MONRO in *Medical Essays. Vol. II. Art. IX. p. 117. sqq.*, qui sagaciter dubia contra argumenta, anastomosi vasorum uteri & placentae faventia, & ex NOORTWYCKIANIS & COWPERIANIS experimentis sumta, exposuit.

1) Quo melius anguillulae arteriosae appareant, mucosa uteri membrana, qua teguntur, remota est.

FIGURA II.

FIGURA II.

Arteriae ſuper interna uteri ſuperficie diſtributae.

Magna ſubſtantiae uteri portio circa vaſa eo ſcopo exſculpta eſt, ut nuda vaſa appareant, antea ſubſtantia uteri tecta. [1)]

a Ramus ex arteria uterina in poſteriorem uteri parietem aſcendens. [2)]

b Hac ſede bifurcatur.

c Ramus, qui in ipſa uteri ſubſtantia latens deſcendit.

d Ramus aſcendens. [3)]

e Hac ſede ramus aſcendens, uterique ſubſtantiam perforans, anguillulam format.

f Ramus tertius ex ramo majori arteriae uterinae. [4)]

g Magnus ramus, quem deorſum mittit.

h Alter ramus aſcendens denuo bifurcatus in binas anguillulas

k & l finitur. [5)]

m m m Extrema rupta & ad placentam continuata. [6)]

1) Uteri ſegmentum, hac figura delineatum, idem eſt, ac illud figura prima depictum. Prima figura idem exhibet arte proſectoris immutatum, quare venarum colliculi & inſtratae colliculis *Anguillulae arterioſae* apparent. In ſecunda figura eo ſcopo ſubſtantiae pars exſculpta eſt, ut anguillularum origines, ſive in ſuos truncos continuationes, conſpiciantur, quae in ſubſtantia uteri latent. Truncorum vero, qui depictas anguillulas, non longe a fundo diſtantes, edunt, ex arteria uteri origines ſupra deſcriptae ſunt, ad *Tab. IV. not.23. p. 19.*

2) Longe ex arteria uteri hic ramus aſcendit, antequam bifurcatur. Oritur ex II. majori ramo arteriae uteri.

3) Hactenus deſcripta in uteri ſubſtantia latent; ſola anguillula e. ad integram ſuperficiem internam comparet. cf. *Fig. I.*

4) Ex eodem ramo arteriae uteri hic ramus f., velut ramus a., oritur.

5) Binae itaque anguillulae, quae ad integram ſuperficiem internam (*cf. fig. I.*) ſolae apparent, ex eodem trunco, in ſubſtantia uteri latente, naſcuntur.

Anguillulas etiam *Cel.* ALBINVS & DONALD MONRO depingunt. cf. *ll. cc.*

6) De *arteriarum* etiam ratione, ex deſcriptis uteris, exponam; & protinus quidem ex illis, quorum arterias materie ceracea non replevi, ſupra memoratis. Stipatiſſimum arteriarum capillarium, paſſim ſerpentinarum, in quibus ſanguis conſpicue transparet, rete internam uteri tunicam exornat, aliis in ſedibus rarius, aliis plenius. In ipſam membranam ovi filamentoſam

rete

FIGURA III.

Secundarum tunica filamentoſa.*

a. a. Rupti vaſorum rami, qui ex mucoſa uteri membrana in filamentoſam continuantur.

rete ita continuatur, ut ipſa vaſcula retis uterini pergant non interrupta in ſimile membranae filamentoſae rete, ſtipatumque ſit rete filamentoſae, ubi plenum eſt rete uteri, rarum rete filamentoſae, ubi rarum rete uteri. Quae de reti membranae filamentoſae dixi, de placentae ſuperficie, qua utero adhaeret, non minus valent, niſi quod rarius in ſede placentae rete videatur, tum in placenta, tum in utero. Dicta quidem in utero non macerato apparent: cf. *Tab. II.*

Poſtquam uterum maceravi, facile arterias eſſe vaſcula cognovi. Inflatis enim arteriis uteri, plura horum vaſculorum elevantur, & paſſim, ubi eadem, ſoluta nempe placenta, franguntur, flatus erumpit. Nulla autem arte efficere potui, ut ex ſuperficie placentae uterina flatus in ipſa vaſa umbilicalia placentae promoveatur; ſed in ſola membrana filamentoſa, tum qua ad velamenta pertinet, tum qua ad ſuperficiem placentae uterinam, iſtud vaſorum rete ſubſiſtit, ſine ullo, ſaltem apparente, cum vaſis umbilicalibus, commercio. Eloto maceratione ſanguine fibris vaſorum rete aſſimilatur.

In *utero* etiam *ſex menſes foeto*, pari penitus modo, arterioſum rete, materie ceracea plenum, in membranam ovi filamentoſam, tum qua placentam, tum qua reliquum ovum tegit, producitur, ſine ulla in vaſa umbilicalia continuatione; ſed filamentoſae retia in uterina redeunt, non interrupta; neque in minimos ramulos decreſcunt. Ejusmodi vaſcula, quae ex reti uterino in rete filamentoſae, placentam tegentis, continuantur, rupta ad m. m. m. apparent, ſoluta nempe placenta. Velut venarum materies paſſim, ruptis parietibus, ſibi in ſpongioſam placentae ſubſtantiam viam paravit, ita rubram etiam materiem, arteriis effuſam, in illa ſpongioſa ſubſtantia paſſim vidi. Facile autem disrumpi arteriolas liquet, tunica videlicet tenui & molli, praecipue verſus internam uteri membranam, factas.

Cunctae licet uteri arteriae parvae ſint, minores tamen ſunt, quae in ſubſtantia uteri, placentae non reſpondente, diſtribuuntur, & ipſis paſſim venarum parietibus inhaerent; majores illae anguillulae, quae utero inhaerent, placentam ſuſtinenti, & in filamentoſam placentae protrahuntur. Qua ſede ex utero ad placentam pergunt, velut m. m. m. ½ lin. quaſi craſſae ſunt anguillulae.

*Dubio omnino caret, rete arteriarum ex utero in filamentoſam & viciſſim continuari: neque ex uteri membrana, ſpuria arte anatomica, cellulares fibras in ovi ſuperficie a me relictas eſſe, cum vaſorum reti, quis exiſtimet. Non ſolum enim ſuſpenſa manu ovum ab utero ſeparavi, ſed ſaepius etiam a ſpontanea uteri contractione expulſas ſecundas calentes & recentiſſimas examinavi, quin cum deſcriptis retibus coram comparavi. Omnia autem eadem deprehendi in ovis aeque uterorum anatomice examinatorum, ac ſecundis a partu ſua ſponte lapſis, vel & manuali operatione ſolutis; ſimilia omnino retia, ſimilesque trunculos ruptos, qua filamentoſa ad uterum ſpectat, ſimilem membranae filamentoſae habitum: quin in ſecundis a partu expulſis ſtipatius vaſorum rete, craſſioremque fere membranam filamentoſam vidi, quam in deſcriptis uteris; atque adeo ſpeciminis loco aream membranae filamentoſae ex iſtiusmodi ſecundis deſumtam, recentem delineari curavi. Dedita opera ſecundas etiam ſpontanea uteri contractione expulſas examinavi, ut dubio, ex violenta forſan encheireſi deſumendo, mox occurrerem.

Non ſolum autem vaſorum rete ex membrana uteri mucoſa in filamentoſam producitur, ſed tela etiam celluloſa: ita ut duae membranae pertinaciſſimo nexu cohaereant per omnem graviditatem, & a partu demum ſeparentur; quin in cadavere aegrius fere ſecedant, quam filamentoſa membrana a chorio, cf. HIPPOCRATES *L. de natura pueri* §.37. Rete itaque arteriarum in partu disrumpi dubium non eſt, quid autem de venis fiat, quaeritur? Non minus venarum parietes, quam arteriarum fragiles ſunt: in duabus illis operationibus caeſareis, quas olim mox a morte matrum feci, dum caute placentas degluberem, magna venarum lumina & ſanguinis torrentes, ex iſtis orificiis prorumpentes vidi; quemlibet etiam partum notabilis haemorrhagia ſequitur, qualem minorum arteriarum, a partu mox contractarum, rete vix effundere poteſt. Non omni ſane veri ſimilitudine deſtituimur, ſi aliquid parietum a partu in venis lacerari & ſanguinem inde fundi ſtatuimus, contractis in puerperio denuo illis orificiis & conſolidatis. Quum ſegmento inferiori placenta inhaeret & a partu hujus pars orificio vicina ſolvitur, venarum parietes lacerantur, cf. *Tab.*

Tab. VII. Fig. I. II. Quid adeo in qualibet placentae solutione illam lacerationem impediret?

Ulterius hoc argumentum dilucidari arbitror, si *summam experimentorum* huc transfero, quae A. 1753. d. 1. Decembr. in societate regia praelegi (cf. *Comment. T. III. p. 398. sqq.*)

Experimentum I. cum placenta in utero puerperae relicta institutum.

Eo temporis momento, quo infantes nascebantur, funem umbilicalem artis lege perscidi, infantem removi, placentam cum utero perpetuam funemque umbilicalem ex genitalibus propendentem reliqui. Vasculo tunc, quod sanguinem ex fune profluentem exciperet, supposito sequentia observavi.

1) Nullus in umbilici fune, qui e genitalibus pendet, pulsus est.

2) Ex genitalibus nihil sanguinis fluit.

3) Ex fune vero umbilicali sanguis magna vi arcuque facto prorumpit primum, dein lentius stillat, mox paucae guttulae effluunt, tandemque omnis fluxus cessat.

4) Ab initio ad finem usque fluxus aliquot horae minuta prima labuntur. Quater fluxus tria minuta duravit, bis duo minuta, semel minutum, semel quinque minuta.

5) Pondus sanguinis, qui effluxit, ter $1\frac{3}{8}$. unciae fuit, bis $1\frac{1}{2}$. unciae, ter $1\frac{1}{4}$. unciae; ponderis civilis Gottingensis.

6) Postquam sanguinis ex fune fluxus cessaverat, statum uteri examinavi. Contractus quidem uterus fuit, orificium autem ejusdem laxe, & sine omni strictura funiculum propendentem ita ambiit, ut hic ab uteri orificio compressus non sit ullo modo: placenta etiam firmissime cum utero cohaesit, neque ulla sanguinis gutta in uteri cavitate vel stagnavit, vel ex eadem effluxit; cruoris vero torrens, cum primum ex utero placenta extracta erat, e genitalibus profusus est.

7) Placentae extractae vasa majora, quae in superficie decurrunt & sanguinem vehere solent, ejusmodi liquore vacua sunt. Quaedam in venis sanguinis quantitas residua manet, minor autem, ac in placentis, quarum funis a partu ligatur. Arteriae collapsae esse solent.

8) Cum enim alio tempore funis umbilicalis portio cum placenta cohaerens ita deligatur, ut ex perscisso fune nil humorum effluere possit, majora placentae vasa sanguine tota referta sunt atque turgida, sive venosa sint, sive arteriosa.

Octies tunc ista pericula feceram, quae inde pari successu repetii, solisque iis in partubus, in quibus infantes vivi non solum, sed et vegeti edebantur, ubi infantes extractos ne guttula quidem sanguinis sequebatur; adeoque cum certissimus essem, placentam integerrime adhuc cum utero cohaerere, nullam ejus particulam solutam esse, nullamque proinde aliam, praeter ipsam placentam, viam esse, quam uteri sanguis subire posset.

Nihil amplius sanguinis succedere, postquam natus infans est, ista experimenta docere mihi videntur. Fluxus cessationem compresso funi tribuere non licet, quem laxum & libere dependentem tetigi, neque sanguinis coagulo in vasis nato, quod in arteriis totum desiderabatur, quodque, si formatum sanguinem ex utero in placentam promotum in hac retineret, simul faceret, ut venae aeque ac arteriae, in placenta & fune distributae, sanguine integerrime repletae turgerent; cujus autem phaenomeni contrarium observavi: siquidem modice venae minusque turgent, ac iis in casibus, in quibus ligatura injecta omnem sanguini effluxum denegat. Quamobrem sine haesitatione concludo, alteram sanguinis, qui ante tempus experimenti in venae umbilicalis ramis haesit, partem effluxisse, alteram in placenta remansisse, nullumque novum, qui vasa integre replere posset, sanguinem successisse.

Contrarias meis experimentis observationes legi, quis objiciat. Ita in *Histoire de l'acad. royal. des sciences Anno 1727. Obs. 1. p. 15.* & *de la* MOTTE *Tr. complet des accouchements. Obs. 398. p. m. 607.* observationes puerperarum, quibus in utero post partum placenta relicta, funiculus non deligatus, & periculosa haemorrhagia insecuta est, recensentur. Ista vero experimentis meis nullo modo contradicere existimo. Accidit enim frequentissime, ut partu absoluto pars placentae, ipsa licet remaneat, ab utero solvatur, sanguinique ex utero, vel ad mortem usque, effluxuro portam pandat. Quid vetat asseruisse in excitatis observationibus idem contigisse? Sanguis etiam ex utero, secundum funem umbilici, defluens flumen ex ipsis hujus funis vasis mentiri potest. Neque ineptam esse ejusmodi conjecturam, lubenter largietur, qui attente istas observationes vagas, minime ex omni parte determinatas, minime haemorrhagiam ex fune umbilicali describentes, minimeque proinde contra experimenta omni cura instituta probantes, perleget.

Nescio, quid sentire debeam de observationibus foetuum, ex matrum haemorrhagia, exsanguium: cf. DENISIUS apud IOH. CHRISTOPH. STURM *in Philosoph. Eclectic. s. Exercitation. Academic. Tom. I. Exercit. X. de sanguinis transfusione C. III. p. 505.* MERY in *Memoires de l'acad. Royale des Sciences. a. 1708. p. m. 240.* IAC. DENYS *Verhandeling. C. III. pag. 64.* LAURENT. HEISTER *Compend. Anatom. not. 36. p. 86.* Siquidem in istud phaenomenon inquirere mihi licuit, cum secarem uterum (*Tab. I.*) feminae, quae ex uteri haemorrhagia in partu ultra duodecim horas protracto mortua est: in cujus nempe foetu nihil, quod minutam sanguinis copiam indicaret

dicaret, inveni. Cor enim ſanguine pleniſſimum vidi, pleniſſimam aortam aeque, ac venam cavam & reliqua vaſa; pellucentem in parvis thoracis vaſis, internis & externis, ſanguinem, acſi inflammata eſſent; muſculos pro infante perquam rubicundos.

Experimentum II. Exilia vaſorum placentae lumina eſſe probatur. (1) *Si placenta una cum infante extrahitur, nil ſanguinis ex placentae ſuperficie effluit.*

Nemo quidem, qui vel ſemel placentam ab utero ſolutam oculis perluſtravit, de hac veritate dubitabit: quo melius vero eadem conſtet, ſequentia perfeci.

1) Poſtquam infans natus ſpiritum duxit, placentam cum fune & infante adhuc cohaerentem illico ex utero ſine ulla funiculi umbilicalis compreſſione extraxi, atque cohaerentem reliqui.

2) Primo tempore arteriae umbilicales in fune aeque ac in placenta vivide pulſarunt.

3) Neque vero ullum vaſis lumen in placentae ſuperficie uterina apparuit, neque ulla ſanguinis guttula effluxit.

4) Senſim pulſus in arteriis umbilicalibus debilitatus eſt, tandemque penitus periit. Ceſſavit autem pulſus primum in placenta, dein in loco funis ab infante remoto, tandemque in vicino; idque alias factum eſt poſt ſex quaſi horae minuta prima, alias poſt octo, alias poſt decem, alias poſt quadrantem horae. Illa ſola pericula intelligi debent, in quibus ex facili infantem placenta ſine ulla funiculi compreſſione ſequebatur. Quoties vero manus ope, in uterum demiſſae, placenta ita deglubenda erat, ut funiculus compreſſus ſit, poſt pauca minuta in funiculo ceſſare pulſus aſſolebat. Iſtos vero caſus, quod peregrina cauſſa, pulſum funiculi tollens, concurrat, ad experimenta mea non refero, ſed ſolos, in quibus de ſimplicitate circumſtantiarum ſum quam certiſſimus.

5) Quando in integro fune reliquo pulſus jam deſiit, ſuperfuit adhuc ad aliquot ab infante uncias.

6) Funis umbilicalis calor, quam pulſus, prior perit; frigidus enim poſt pauca minuta eſſe ſolet funiculus.

7) Poſtquam pulſus in toto fune, praeter partem ab infante proximam (n. 5), ceſſavit, a funiculo infantem ſolvi, atque ex parte funis cum placenta perpetua dimidiam quaſi unciam ſanguinis effluentem notavi.

Procul dubio pulſus in fune, cum natus eſt infans, ceſſat propter novam partim circulationis in infante a reſpiratione rationem, partim propter aëris externi, a quo funis afficitur, contactum. Quodſi vero lumina arteriae umbilicalis in placentae ſuperficie notabilia forent, impulſus ſanguinis eo tempore, quo pulſus adhuc in arteria umbilicali percipitur, quaecunque etiam cauſſa pulſum iſtum deinde retardet, ex iſtis luminibus ſanguinem nihilominus expelleret. Aërem externum, qui iſta placentae lumina contingit, contactaque conſtringit, fluxum ſiſtere forſan quis regerat, ſed ſine ratione. Lumina videlicet vaſorum ſanguiferorum, etſi minima ſunt, aliis in locis corporis humani aëri externo expoſita, ſanguinis portionem effundere didicerunt, demumque, cum quaedam ſanguinis portio effluxit, conſtringi. Minima cutis vulnera leviſſimaeque ſcarificationes iſtud ſatis ſuperque loquuntur. Deſcripta itaque experimenta dilucide ſatis confirmare vaſorum umbilicalium in placenta, quae verſus uterum hiant, lumina exiliſſima eſſe, vixque ſanguinem rubrum vehentia, arbitror: ulterius etiam confirmare mihi videntur vaſorum rete arterioſum, ſupra dictum, ſimplici anaſtomoſi in ultima placentae vaſcula umbilicalia non produci.

(2) *Neque id fit, cum infans una cum placenta in aqua calida fovetur.*

Quo certius vero omnis haeſitantibus ſcrupulus evellatur, duplicem ulterius experimentorum modum, ex quo certiſſime aëris vim in mutandis placentae vaſis unice laudandam non eſſe conſtaret, perſecutus ſum.

1) Poſtquam infantem una cum fune, placentam trahente, utero extraxeram, cuncta quidem in aquam, quam infans commode ferre poterat, calidam demerſi, iſtoque modo tactum aëris atque frigoris arcui: ſimilis vero, ac in ſuperioribus experimentis, ſucceſſus fuit. Etſi enim aëris contactus placentae ſuperficiem conſtringere nequivit, nulla tamen ſanguinis guttula placenta effluxit. Lentius, fateor, funiculi pulſus, aquae calore fotus, ceſſavit. Eo magis autem, ſi lumina placentae ſanguini tranſitum concederent, ſanguis in fune & placenta motus, iſta lumina perrumpere, atque in aquam effluere debuiſſet. Primo caſu pulſus funiculi poſt novem horare minuta prima ceſſavit, ſecundo poſt octo & viginti, & tertio poſt quatuordecim minuta. Primo caſu aqua tepida fuit, reliquis apprime calida. In tertio caſu pulſus citius, ac in ſecundo, ceſſavit, quod tempore, quo placenta deglubebatur, funiculus leviter compreſſus erat. Apparuit etiam iſtis in locis, ubi funiculi pulſus ceſſavit, ipſam funiculi diametrum collapſam & imminutam eſſe.

(3) *Pulſus*

FIGURA IV.

Apertura Tubae in Uterum.*

(3) *Pulsus etiam in fune cessat, quando placenta cum infante perpetua in utero relinquitur.*

2) Alio tempore infantem, qui in lucem jam editus erat, cum fune atque placenta perpetuum, ipsamque placentam cum utero cohaerentem reliqui. Simili, his in periculis, ratione pulsus primum in loco funis ab infante remotiore, dein & propiore desiit, idque bis post quinque, semel post sex horae minuta evenit. Infantem tunc a fune removi, parcissimamque ex fune, e genitalibus pendente, sanguinis copiam effluentem notavi. Ex placentae extractae superficie nihil etiam sanguinis effluxit.

3) Si inter placentam & infantem funiculus ligatura constringitur, illico omnis inter ligaturam & placentam in fune pulsus cessat.

Si descriptas tum anatomicas observationes, tum facta experimenta, componimus, non sine vehementi veri similitudine arbitramur, nullam inter uteri atque placentae vasa veram anastomosin ita locum habere posse, ut sanguiferum vas vasi opponatur, & ex utero in placentam perpetui canales sanguiferi producantur. Etenim, ex istiusmodi hypothesi, ultimus finis arteriae uterinae initium fit venae umbilicalis, eademque vis, quae sanguinem in arteria uterina movet, eundem in venam umbilicalem propellit. Ista vis a vi cordis materni & arteriarum pendet. Cur autem eo ipso momento, quo a fune umbilicali infans solvitur, eadem vis non amplius efficax est? Cur omnis mox sanguinis ex utero in placentam fluxus cessat? Nihil difficultatis in explicando phaenomeno superest, si asseritur, placentam partem foetus esse, vitam cum foetu communem vivere, fluidum ex utero, sine mutuo humorum circulo, resorbere, massamque inutilem, cumprimum foetus emoritur, vel ab eadem solvitur, evadere. cf. GVIL. HARVEII *Exercit. de uteri membran. & humoribus p. 391. sq. Cel.* ALEX. MONRO *Medic. Essays. T. II. Art. IX. §. 14. p. 110.*

Neque injectiones anatomicae istiusmodi anastomosin detexerunt. Prima quidem specie id praestitisse videtur experimentum RAYMOND. VIEUSSENS in *Experiences & reflexions sur la structure & l'usage des visceres. Paris 1755. Experience XXI. p. 293.* quo *in alantoidis aeque cavo, ac quibusdam ramis venae umbilicalis mercurii vivi partem invenit, injecti in arteriam carotidem dextram canis gravidae & vivae.* Mercurium autem in animali vivo non in sola vasa sanguifera, sed minora etiam penetrare, minimorumque recessuum obstacula superare, notum est. In uteris etiam brutorum felicior non fuit injectio materiae ceraceae. Ipse aliquoties in uteris vaccinis pericula feci, per arteriae umbilicalis ramum in recenti utero subtilem materiam immisi, quae cunctarum, quas adiit, cotyledonum integram replevit corticalem substantiam, praeterquam quod guttula in medullarem penetraret. Cum majori vigore injectio urgetur, corticalis substantia a medullari ita separatur, ut injectionis materies in medullaris substantiae sulcos effluat, nihil autem vasa subeat. Superficies substantiae corticalis medullari contigua egregie refert tunicam quandam villosam, materie injectionis repletam, vasis exhalantibus ea materie turgescentibus. (cf. *Diss. de fetu perfecto §. 11.*)

* *Tubae*, in uteris gravidarum vel puerperarum, eo fere modo *aperiuntur* versus uteri fundum, quo ductus choledochus in intestinum duodenum. Fundi nempe superficies in ipsam tubam producitur, & alter paries *valvulae* speciem facit, ovo ad uterum pressae: ita *semilunaris apertura* fit. Dimidium pollicem & ultra in substantia uteri tuba excurrit. Vestitur tubae cavum tenui quadam membrana, quae in membranam uteri internam continuatur.

In *utero feminae, quae illico a partu maturo mortua est*, aperturae *tubae* infundibulo fere comparari possunt, quorum pars ampla ad uteri cavum spectat: *distant* 4. pollices, 3. lineas. Ipse *uterus* ad originem tubarum in superficie externa, quae regio reliquarum latissima, dimidium pedem rhenanum *latus* est: angustior sensim fit versus cervicem, in qua tres pollices latitudo non superat.

In *puerperarum uteris* rursus istae tubarum aperturae contrahuntur. Angustissimae sunt in *utero feminae tres dies puerperae*, vix tenuem stylum admittunt & prima specie a vicina substantia spongiosa non distinguuntur. Caeterum recte Tubae apertae sunt.

FIGURA V.

FIGURA V.

Apertura Canalis Cervicis in uterum.

A Hac ſede uteri poſteriore placenta deſcendit. 1)

B Inferior pars parietis anterioris uteri.

C C His ſedibus incipit cervix uteri, in quam inferior ovi pars deſcendit. 2)

D Pars ovi transparens & oppoſita canali cervicis. 3)

FIGURA VI.

Apertus Canalis Cervicis.

A Pars inferior cavi uterini.

B Columna cervicis poſterior. 1)

C F Perſciſſa columna cervicis anterior.

D Altitudo cervicis dextra.

E Altitudo cervicis ſiniſtra.

F F Hac parte cervicis canalis contractior reliquis eſt & ſubſtantia craſſior. 2)

1) In iconis poſitu, ad pictoris commodum, cuncta inverſa ſunt. Inferior placentae margo eo ſcopo delineatus eſt, ut quousque eadem deſcendat, ſimul appareat. Pertinet nempe haec figura, prouti reliquae hujus tabulae, ad uterum *Tab. IV. & V.*

2) Quandam infundibili ſpeciem cervicis canalis format, in cujus partem amplam ovi pars deſcendit.

3) Haec quidem *Pars ovi libera* eſt, ſine adhaeſione ad internam uteri ſuperficiem. Qua proportione cervix ſenſim, cum graviditatis augmento, dilatatur, eâdem profundior illa deſcendit, ori uteri vicina, dum cervicis cavum ſimul uteri cavo confunditur. cf. *Tab. II. & III.* In gravidis, quae pepererunt, ultimo nonnunquam graviditatis tempore, explorans digitus per apertum os uteri nudam illam ovi partem contingere & trans illam amnii liquorem cum praevia foetus parte movere poteſt. cf. *Element. artis obſtetr. §. 61.*

1) *Columnarum canalis cervicis* longior anterior eſt, quam poſterior, & longior pars dextra canalis quam ſiniſtra. Ita uteri cavum paulo humilius in parte ſiniſtra & poſteriore fit, quam in dextra & priore; verſus eandem etiam directionem deſcendens caput nititur. Modica itaque *uteri obliqui* ſpecies eſt, natibus foetus ad dextram fundi partem verſis, capite ad cervicis ſiniſtram. cf. *T. IV. not. 1. p. 13.*

2) Subſtantiae *Cervicis craſſities* diverſa eſt. Craſſa ad ipſum os uteri G. G., tenuior in medio C. C., craſſior viciſſim verſus cavum uteri, qua parte F. F. contractior canalis eſt.

C C Hac parte cervicis canalis amplior reliquis eſt & ſubſtantia tenuior.

G G Perſciſſum Labium orificii anterius. 3)

H Vagina in rugas contracta.

Ovi pars inferior ad aliquot lineas in cervicis canalem deſcendit, usque ad dictam ſedem contractiorem F. F.

Sinus etiam *cervicis* in icone delineati ſunt. Inter columnas copioſiſſimi ſinus & utrinque in arboris ſpeciem diſtribuuntur medii colliculi. Sinus omnes verſus orificium aperiuntur, & plerique ita disponuntur, ut ad truncorum latera locentur cava ſemilunaria, in quorum quodlibet plures ſinus hiant, magis minusque profundi; paſſim ultra lineam. Ipſis columnis ac ramis plures alii ſinus minimi inhaerent. Multi ſinuum ex pluribus aliis minoribus componuntur. Cava illa ſemilunaria lamellatim quaſi ſeſe incumbunt. Fundunt hi ſinus mucum illum, vel tenacem & *rubram gelatinam*, quae, cum immixtis membranulis parvis, totum cervicis canalem, & ſuperiorem vaginae partem replet. cf. ILL. *ab* HALLER *Prael. l. c. p. 213.* Vidit etiam WEITBRECHT. cf. *Nov. Comment. Acad. Petropol. T. I. p. 345. n. XI.*

3) Ad commodam figurae delineationem labium oris anterius ita perſciſſum eſt, ut ejus pars utrinque dependens appareat, quae proprie in priori loco juncta eſt. Tota *Oris uteri latitudo* eſt 11 linear., craſſities ſeptem. Figura aperturae elliptica eſt, dimenſio transverſa ½ poll. diſtantia labii anterioris a poſteriori 3. linear. Labium poſterius 3 lineas in vaginam propendet, vix lineam anterius; quare poſterior vaginae longitudo anteriorem excedit.

Serius profecto minusque reliquis uteri partibus praegnantis *uteri cervix dilatatur:* ſtipatior quippe reliquo utero cervicis ſubſtantia irruenti ſanguini magis renititur, longus & arctus cervicis canalis aegrior diducitur, ſeriusque eodem ovum, uteri cavo comprehenſum, deſcendit. Mirum itaque non eſt, primis menſibus explorantem digitum nihil mutationis ad cervicem notare, & quinto demum a conceptione menſe tumentem ſenſim pone os uteri cervicem offendere, per lentos inde gradus cum integra uteri ellipſi confuſam. Praeter explorationem cadaverum ſectiones ſeram cervicis mutationem manifeſtant. Longa adhuc in praeſenti icone cervix eſt, quam longiorem vidi in alio utero quatuor quaſi & ultra menſes foeto. *Cel.* TREW in *Commerc. Litterar. Noric. A. 1735. Hebd. 39. (p. 307). Tab. IV. Fig. II.* iconem uteri duos menſes gravidi exhibet, in qua a vacuo utero cervix non differt, modice corpore expanſo. Similem obſervationem recenſet WEITBRECHT in *Nov. Comment. Acad. Petropol. T. I. p. 344. ſq. n. X.* cf. & REGNER. *de* GRAAF *de mulier. organ. gener. inſerv. Cap. VIII.* PHILIP. VERHEYEN. *Corporis Human. anatom. Tr. II. Cap. XXIII.*

Cunctae hujus Tabulae figurae, praeter tertiam, ex utero *feminae ſex menſes gravidae*, Tab. IV. & V. depicto, ſumtae ſunt.

TABULA VII.


Tab. VI.
F. 1.
F. 2.
F. 3.
F. 4.
F. 5.
F. 6.
Roederer de Utero.

Tabula VII.

FIGURA I.

Interna cervicis uteri ſuperficies.

Pertinet haec figura ad Uterum Tabulis I. II. & III. depictum.

A Apertura orificii uterini. 1)

B Columna parietis poſterioris. 2)

C C Columna parietis anterioris.

D Hac ſede perſciſſus & d. d. diductus eſt paries anterior.

E E E Ova Nabothi. 3)

F Super-

Ut tota cervicis ſuperficies interna conſpiciatur, multum ex poſitu ſuo naturali, cavo videlicet & dependente, detorta & in planum expanſa eſt. Ita quidem nihil, praeter planum poſterius B, in naturali ſitu relictum eſt; violenter autem depreſſum planum anterius C. C., ſuſtentaculo impoſitum & ad D. usque perſciſſum, binaque ſegmenta ad d. d. diducta & clavis confixa ſunt.

1) In naturali poſitu neque apertura conſpicitur, neque labia dependent. Surſum autem in icone tractis labiis, apertura, in rimae formam preſſa, comparet.

2) Diſtinctae omnino ſunt *columnae*, vel arbores *cervicis*, integra poſterior, perſciſſa anterior. Solito more eminentiis interpoſitae ſunt foveae, quae in *ſinus mucoſos* ducunt, unam pluresve lineas longos, velut immiſſo vel flatu, vel ſtylo cognoſcitur; & dimidiam quaſi lineam amplos. Nigra in icone puncta ſinuum aperturas denotant. cf. & *Tab. VI. Fig. VI.*

3) Aliae iſtarum *Veſicularum*, ſive *Ovorum Nabothi*, majores ſunt, aliae minores. Macerationi, quae tenuem cervicis membranam, inſinuata aqua, & ſoluto, qui in veſicula colligitur, liquore glutinoſo, elevat, originem procul dubio debent. Vix enim iſtiusmodi aliquid in utero recenti, quem aqua non alluit, comparet; quod ſane aliquoties, facto experimento, obſervavi. Perquam parvae ſaltem ſunt & rarae, quae ante macerationem obſervantur, in cadavere procul dubio ex humorum reſolutione natae.

Eo etiam plures naſcuntur ipſaeque majores fiunt, quo diutius maceratio protrahitur; ita ut copioſiſſimae eleventur, quando plures hebdomades in aqua uterus relinquitur. Integra veſicula a cerviçis ſubſtantia ſeparari nequit, ſed inciſa humorem effundit; relicta autem membranula, ſeu velum, caute tractata, vel inflari denuo in veſiculam aëre poteſt, vel in tenuem cervicis membranam continuari.

Partim itaque ſubſtantiae cervicis iſtae veſiculae inſculptae ſunt, partim internam cervicis membranam efferunt, pari modo iſtius membranae praeſentiam arguentes, quo epidermidem linguae inflatae veſiculae. Sine discrimine in variis uteris, gravidis & vacuis, virgineis & partum enixis, feminarum juniorum & vetularum, ejusmodi veſiculas vidi, diverſae diametri $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{2}$, 1 lineae, quin ultra: a maceratione aliquot dierum maximae vix 2. lineas ſuperare ſolent, neque ad molem majorum, in icone depictarum, aſcendere. Nunc in eodem utero plures ſunt, nunc pauciores, nunc unica, nunc minimarum ſeries cavum corporis & cervicis uteri diſtinguit. Coecae veſiculae ſunt, in quibus nihil aperturae detexi, plenae liquore, nunc aqueo, nunc modice glutinoſo. In orificio uteri & interna cervicis ſuperficie prominent, alias quidem in ipſis arborum ſeu columnarum eminentiis, alias in mediis vallibus, quod quidem frequentius; ita nempe, ut

F Superficies corporis uteri, placentam non sustinentis. 4)
G Superficies corporis uteri, cui placenta inhaeret. 5)
H Tria orificia venosa, sub partum facta. 6)
I Alia orificia venosa. 7)
L Reflexa Placentae pars. 8)
M Reflexa velamenta.

ut alteri columnarum, quae mediam vallem comprehendunt, pressior vesicula inhaereat: quaedam simul longum vallis spatium occupant & in substantiam cervicis foveas excavant.

Nollem itaque peculiaria quaedam officia, qualiacunque sint, partibus tribuere in cadavere demum natis, vel saltem a dispositione quadam in utero morbosa, v. g. hydropica, macerationis simili. Frequentissime etiam nihil istarum vesicularum in uteris vidi. Possunt utcunque cum RUYSCHIO *Adverf. Anatom. Dec. I. n. II. p. 4.* *Hydadites* vocari.

4) Trans arbores cervicis laevis & complanata est *Uteri superficies*, & recens vasculis arteriosis picta apparet. In praesenti utero ab inferiori uteri regione velamenta cum placentae parte soluta erant.

5) Hac & reliquis sedibus superioribus, asperioribus, & quae longiusculis quasi colliculis distinguuntur, cum utero placenta & velamenta illaesa cohaerebant.

6) Comparuerunt mox tria haec *orificia venosa* in utero arte anatomica non mutato, atque adeo sub ipsum partum enata, quum inferior placentae pars a dolorum vi soluta est. Flatum, venis immissum, ante macerationem effuderunt, & vicissim receptum cum omnibus uteri venis communicarunt.

Altera jam ante partum hebdomade aliquid sanguinis gravida profuderat, fluxusque rursus cessaverat; qui decima quasi hora ante mortem, cum vehementer femina parturiret, rediit, perpetim auctus, fractisque sensim feminae viribus fatalis. Multum per illum fluxum femina sitiit, ultimisque vitae horis de caligine oculorum visusque abolitione conquesta est. Mentis conscientia ad mortem usque viguit. Ipse a morte demum accessi.

Putarem sane, dolores ad partum, qui inferius uteri segmentum diducunt, idem ab inhaerente suetisque vinculis alligata placenta solvisse, & internam aeque uteri superficiem, ac placentae partem lacerasse, tribus illis venarum rupturis factis & ad mortem usque sanguinem eructantibus, tum circuli vi in sanguine, tum fibrarum motricium, sub partus dolores, pressione.

Placentam in partu ante foetum obviam, segmento uteri inferiori fibris vasisque ex conceptione ipsa agglutinatam, neque solutam ab uteri fundo & ad orificium in partu demum delapsam esse, dicta utique observatio, cum similibus aliis, extra omnem dubitationis aleam ponit. Similes observationes leguntur in POLYC. GOTTL. SCHACHER *Diss. de placentae uterinae morbis. Lips. 1709. §. VIII. p. 14. Histoire de l'academ. Royal des Sciences. a. 1723. Obs. Anat. 2.* IOH. DANIEL ERHARD BRUNNER *Diss. de partu praeternaturali ob situm placentae super orificium internum uteri. Argent. 1730. §. IX.* Huc etiam pertinere mihi videtur observatio IAC. DENYS. *l. c. C. III. p. 64.* ipse licet autor contrarium sentiat. cf. etiam IOH. HADR. SLEVOGT. Progr. *de incerta placentae uterinae sede. Ien. 1710.* IOH. van HOORN *Siphra & Pua P. I. Cap. VII. p. 27.* qui ingeniose veram mali caussam indicat, LEVRET *Suite des Obs. Art. II. Sect. III. p. 48. sqq.* WILLIAM GIFFARD *Cases in Midwifry. Cas. CXV. & CXVI. p. 276. sqq.* IOH. NIC. WESSEL *Diss. de partu cum haemorrhagia ob placentam orificio uteri adhaerentem. Basil. 1753.*

7) Reliqua, quae in icone comparent, orificia venosa in cadavere demum ex maceratione facta esse facile intellexi, quod nihil ibi erumpentis flatus ante eandem notavi, distentis licet inflato aëre venis, eoque autem copiosiora, quo diutius in aqua uterum reliqui. cf. *Tab. VI. Fig. I. not.* Finito partu, quando soluta placenta istiusmodi orificia aperit, cum matris salute sanguis profunditur, vita parturientem privans, si ante partum copiosus fluit. Illo nempe casu vacuus uterus mox contrahitur, vasorumque lumina ita fibris motricibus constringuntur, ut modicum sanguinis stillicidium maneat; hoc autem uteri plenitudo per hiantia lumina liberum sanguini fluxum facit.

Cuncta

FIGURA II.

Uterus Virgineus. *

A Fundus.

B B Orientes Tubae.

C C Corpus uteri. 1)

D D Media

Cuncta dicta orificia, ad H. & I., in venas ducunt, & colliculi, in icone apparentes, ipsae venae sunt, flatu modice elevatae. cf. *Tab. VI. Fig. I.*

8) Illa placentae pars, quam partus dolores, a segmento uteri inferiori, solverunt & ruditer disruperunt, cum vicinis velamentis, pariter in partu solutis, in icone reflexa conspicitur. Vix tamen putarem, placentam etiam sanguinem, saltem copiosum, eructasse. Ipsius saltem placentae funisque vasa modice sanguine plena sunt, pauloque magis venosa, quam arteriosa, plenissima etiam sanguine sunt foetus vasa. cf. *Tab. VI. Fig. III. not. p. 26. sb. fin.* Quo melius etiam cognoscerem, an ex soluta placentae superficie aliquid sanguinis effluxerit, venam aeque ac arteriam funis versus placentam flatu replevi, sine aëris ad rupta loca effluxu. Neque etiam ille flatus, sive per arteriam funis, sive venam, in uterum penetravit.

Placentae superficies, sub partum soluta, laevis est, flavescens, inaequalis, rupta & plicata, congelata quasi & aëre siccata. Cum eadem insignis, ex pluribus coagulis collectus, sanguinis thrombus cohaerens, uteri vacuam ovo partem obstruit.

Pulmones foetus, ex hoc utero tracti, collapsi & in aqua fundum petentes, memorabile specimen praebent *foetus, qui spiritum non ducit, aër licet in uterum penetret.* Disrupta enim velamenta, effususque amnii liquor aditum aëri ad foetum pararunt. cf. *de suffocatis satura. §. 10.*

**Virgineum uterum* voco, qui neque abortum, neque partum edidit, atque adeo formae mutationem passus non est. Vix autem istiusmodi uteri aptam & proportionibus justam iconem invenio. Solent fere pleraeque figurae nimis breves & latae esse. Verae partium dimensiones partim ex icone, partim ex Tabula calci hujus opusculi addita cognosci possunt. Icon ita picta est, ut superficies uteri posterior appareat, & longior labii anterioris descensus.

Longitudinis autem *ratio* ad reliquas dimensiones, si caetera paria sunt, *in junioribus*, maxime *foetu*, major esse solet, quam in adultis. cf. *Diss. de foetu perfecto. Fig. 3.*

In *feminis mediae aetatis*, tum virginibus, tum quae partum enixae sunt, longitudinis ratio ad latitudinem in corpore non multum discrepat; quare, si ad hanc proportionem respicimus, a partu uterus in pristinam fere formam restituitur.

Uterorum autem, *qui foetum comprehenderunt*, dimensiones virgineorum majores fere sunt, eoque magis, quo frequentiores fuerunt partus: quare putandum est, a partu absolute in pristinam molem uterum non contrahi, sed ampliorem paulo manere, quam ante partum fuerat.

In *vetulis* crassities corporis minui rursus videtur, exhausta videlicet humorum copia & contractis fibris; cervicis autem eadem fere manere, cujus nempe substantia omni tempore stipatior est, minusque humoribus turget.

Icones uteri vid. v. g. apud ANDR. VESALIVM *L. de humani corporis fabrica. ed. Albin. Tab. XXVII. p. 409.* sed nimis brevis uterus est & falsa cervicis forma. Huc & icon ANDR. LAVRENTII *anatom. corporis humani. p. 261. Fig. IIII.* pertinet. BARTH. EVSTACHIVS. *Tab. XIII. & XIV.* meliorem quidem, ipsam tamen minus exactam exhibet. Uteri figurae, quae passim in obstetricantium scriptis, v. g. WELSCH, MVRALT, MAVRICEAV, DIONIS, DEVENTER, MESNARD, FATIO, BVRTON, THEBESII, &c., ad naturam non factae, conspiciuntur, laudem non merentur. Meliores sunt figurae REGNER de GRAAF. *l. c. Tab. VII. Cel.* GEORG. HENR. EISENMANNI *Tabul. Uteri duplicis.* W. SMELLIE *Tab. Anat. V. fig. I.* cervice tamen uteri nimis tenui. &c.

1) Ipse *Uterus* commode in *Corpus* & *Cervicem* distinguitur, quorum illud quadantenus triangulum est. Duo anguli superiores sunt ad exitum tubarum B. B., inferior angulus truncatus in cervicem producitur. *Latera* convexa sunt A. & C. C., quorum superius A.

D D Media pars inter corpus & cervicem. 2)

E E Latiſſima pars cervicis. 3)

F Labium orificii anterius. 4)

G Labium orificii poſterius.

H Rima media inter duo labia 5)

I I Hac ſede reſectum eſt peritonaeum. 6)

FIGURA III.

Fundus vocatur. In junioribus aeque, ac adultioribus, iſta uteri figura eſt, quamvis in quolibet utero bene determinari nequeat; ſiquidem lateralis tela celluloſa, latum ligamentum, vaſa & vaginam firmans, ſubtiliter ab utero non diſcernitur, majorem minoremve uteri latitudinem, lateralemque ſubſtantiae craſſitiem, pro reſecta quantitate, faciens.

Corporis plana duo ſunt, *anterius* & *poſterius*, quorum hoc in icone comparet. Solet utrumque modice elevatum eſſe, velut ſphaerae ſegmentum, magis tamen poſterius, fornicatum quaſi, quam anterius, quod planius eſt. In tabula dimenſionum, ſupra dicta, plani paſſim poſterioris craſſities in medio notatur, quae ab integra corporis craſſitie ſubtracta ſua ſponte plani anterioris craſſitiem dat; ſiquidem in plerisque uterorum arcte plana ſeſe incumbunt, ſine medio cavo, vel notabili intervallo. Non diſpar planorum in puellis junioribus ratio eſt.

2) Qua ſede corpus in cervicem producitur, ad D. D. arctiſſima pars uteri eſt; inde ſenſim cervix ad locum E. E., qui vaginam firmat, rurſus ampliatur, denuoque contrahitur, nomine *Oris uteri* celebrata F. G. H. Tumores cervicis ad anterius planum poſteriusque minus, quam in corpore, differunt.

3) Ex latiſſima craſſiſſimaque cervicis parte *Vagina* dependet, ipſaque ſua craſſitie, hac ſede inſigni, dimenſiones ulterius auget. In icone ſola zona apparet, quae vaginam emittit, omnis vero ſubſtantia, quae ad vaginam pertinet, reſecta eſt. Subſtantia caeterum vaginae, qua ſede utero adhaeret, reflectitur & extenuata modice in tunicam oris uteri, indeque in internam uteri membranam, producitur, eo arctior utero agglutinata, quo ulterior pergit in eundem.

4) Oris uteri pars media inter rimam H. & anteriorem vaginae parietem *Anterius oris uteri labium* vocatur, alterum *poſterius*. Iſtud infima plani anterioris pars eſt, hoc plani poſterioris. Ultra mediam rimam anterius labium ad aliquot lineas dependere ipſumque planum, in uteris ſanis, longius eſſe ſolet. In morboſis quandoque contrarium obtinet. Ita 2. lineas longius labium poſterius in vetula vidi, cui prolapſus uterus eſt. (n. 31.) & in alia femina mediae aetatis (n. 30.) cujus utero ulcera circumfuſa erant.

Quamvis autem anterius oris labium, infra rimam, longius ac poſterius dependeat, idem tamen longius ex vagina, quam poſterius, dependere frequenter non ſolet; quoniam ad anterius labium vagina tanto profundior adhaeret, quanto ipſum labium longius eſt. Quandoque tamen aequalis eſt vaginae adhaeſio, longius licet ſit labium anterius, ut in (n. 19.). Quum genitalia cadavere exſcinduntur, non recte ſemper determinari poteſt, quantum os uteri in vaginam propendeat, ſiquidem celluloſa nectens ex parte ita quandoque ſolvitur, ut ſaepius nihil in vaginam propendere videatur, in femina licet viva id ſemper obſervetur. Ita v. g. in (n. 13.) anterius uteri planum 2. lineas poſteriore longius eſt, ex vagina licet non dependere, ſed immediate produci videatur. Ita nihil dependere totum orificium videtur in n. 14. 23 25. 26. In n. 24. pariter non propendet, ſed, ex eodem quaſi arcu continuatum, ſuperiorem vaginae parietem conſtituit, rubro colore ab albicante vagina diſtinguendum. In alia anterius non propendet, leviter poſterius: ita & n. 27. in quo aliquot lineas poſterius dependet.

5) In *foetu atque junioribus oris uteri rima* rugoſa eſt, inaequalis & quaſi inciſa, rugis quaſi longitudinalibus ex cervice in rimam deſcendentibus, quandoque teres & rugoſa. In *virginibus* adultis rima transverſa eſt, ad apicem usque clauſa, ac ſi tenui ſcalpello os uteri perforatum eſſet. *In feminis, quae partum ediderunt*, magis minusve labia diſtant, & oris apex a rima remotior eſt, quam in virgine. E. g. in n. 11. & 24. rima, ſeu extremum canalis cervicis, ab extremo labii longi ſeu anterioris 4 lineas diſtat, ab extremo labii poſterioris 2 lineas.

Quando-

FIGURA III.

Posterius uteri virginei planum.

Juxta totam longitudinem uterus in duo plana dissectus est. Interna plani posterioris superficies, cum substantiae sectionibus, in icone exhibetur.

A Fundus.

B B Orientes Tubae.

C C Corpus Uteri.

D D Media pars inter corpus & cervicem.

E E Latissima pars cervicis.

F Labium orificii posterius. 1)

G. H. I. I. Superficies cavi corporis. 2)

G Superior

Quandoque illa labia cicatricibus quasi, vel rugis amplioribus distincta sunt. In n. 18. oris rima triangulum refert, cujus unum latus ex anteriore uteri plano descendit, bina reliqua ex posteriore; illud latum 6. lin., horum quodlibet 5. lin. Triangulum in posteriore labio ita ascendit, ut cervicis canalis ascendens sensim contrahatur. In n. 20. labium anterius profunda ruga media in duo quasi segmenta divisum est.

Solemnis quidem ratio, praecipue in virginibus, est, ut latissima oris pars superior sit & descendens sensim arctetur; sed sunt uteri, feminarum maxime partum enixarum, quorum os, ad labia reflexum, latius crassiusque in apice est, quam ad originem ex zona vaginam firmante.

6) *Externam uteri membranam* peritonaeum largitur, utrumque corporis planum vestiens. Ad ipsa corporis plana strictior illa membrana cum utero cohaeret, quam ad latera & in sede inferiori. Profundior etiam in superficie posteriori descendit, quam in anteriori. Usque ad lineam obscuram I. I. in icone peritonaeum, seu membrana externa, plano posteriori firmum agglutinatur, laxior est pars rescissa & ad intestinum rectum reflectitur.

In superficie anteriori reflexum ex vesica peritonaeum, inde a medio cervicis utero adnectitur, laxe adhaerens tum ipsi cervici, tum corpori ad partem usque nunc latescentem, a qua reliquaque superiori corporis parte strictior haeret. Inde in posteriore superficie ad zonam usque cervicis, vaginam efferentem, descendit, toti corpori ad angustissimam usque uteri sedem, pertinaciter agglutinatum, cervici autem laxius applicitum. Ita strictior adhaesio aliquot lineas in superficie posteriori profundior descendit, quam in anteriori.

Tota *cum intestino recto Vagina cohaeret.* Ex medio autem cervicis loco, in posteriori superficie, utrinque duplicatura ad intestinum rectum exsurgit, singularem inter intestinum & uterum *saccum* formans, in recti lateribus pollicis saltem longitudinem descendendo: inde duplicatura utrinque in peritonaeum, rectum pelvi alligans, continuatur. Scindens quasi duplicaturae margo, figurae semilunaris est, cujus cornua lateraliter ascendunt, media parte humiliori. Arcte duplicatura intestino recto applicatur, hoc velut ligamentum cingens, cavumque formans imaginarium.

1) Ex posteriori labio nihil infra rimam propendet, sed ipsa rima cervicem terminat. Finis anterioris labii rima profundior est. cf. Fig. II. not. 4).

2) Vix notabile *Cavum uteri* est, anteriori plano posterius fere tangente, & acutissimis angulis plana jungentibus: quare junctae planorum crassities integram uteri crassitiem faciunt. Ad naturae legem illae icones depictae non sunt, quae conspicuum, profundum & globosum illud cavum exhibent. Siquidem integra uteri substan-

tia

G Superior cavi corporis linea. 4)

I I Lineae cavi corporis laterales.

H Linea media inter cavum corporis & canalem cervicis. 3)

H F Canalis cervicis. 5)

A G Media fundi craſſities. 6)

C I Craſſities corporis lateralis.

E K Lateralis cervicis craſſities maxima.

D L Lateralis cervicis craſſities minima.

L K. L K Lineae canalem cervicis terminantes.

M M His ſedibus cavum corporis in tubas producitur. 7)

FIGURA IV.

Anterius uteri virginei planum.

Omnia cum Figura III. eadem ſunt.

tia in duo plana diſcernitur, in omni ambitu continua, mediaque in ſede diſtincta quidem, ſed contigua. Ita nimis patent uteri v.g. VESALII l. c. *L. V. fig. 27.* LAVRENTII *l. c. p. 257. fig. III.* COWPERI *Tab. 51. &c.* Meliores ſunt figurae EVSTACHII *Tab. XIV. fig. III. & IV.* REGNER DE GRAAF *Tab. IX.* IO. BAPTIST. MORGAGNI *Adverſar. Anat. I. Tab. III.* D. NIC. STENONIS *in Act. hafnienſ. A. 1671. & 1672. P. II. ad Obſ. 89. p. 218. fig. II.*

Elegans *Vaſculorum in cavo uteri recentis & cervicis diſpoſitio* eſt, in icone indicata, ſimilis in cervice longis lineolis rectis curvisque, parvis in utero & duabus paſſim ad acutum angulum confluentibus. Non in ſolo utero virgineo, ſed in aliis etiam iſta vaſcula vidi, rubellarum prima ſpecie macularum forma, vel minimorum retium.

Oſcula etiam *vaſorum ſanguiferorum*, menſtruumque ſanguinem effundentium, aliquoties in uteris diſtincta vidi foraminum acu mediocri inflictorum ſimilia, preſſaque ſanguinis guttulas emittentia. Lumina iſtiusmodi copioſa in uteri fundo, confertimque ſita ſunt, rariora ſenſim in corpore verſus cervicem, nulla amplius in cervice; atque adeo nil ſanguinis ex cervice compreſſa emulgeri poteſt.

In *foetu & puellis junioribus* uteri cavum & cervicis liquoris tenacis & mucoſi, nunc rubelli, nunc flaveſcentis modicam quantitatem comprehendit, quin nihil quandoque apparet: vagina autem tota plena eſſe ſolet liquore lacteo, craſſiuſculo, quaſi albo pure, vel craſſo lacte.

3) A corporis cavo *Cervicis Canalis* nullo negotio diſtinguitur: illud triangulum eſt, & laevibus, raro villoſis ſuperficiebus formatum, hic longus, rugoſus & uterino cavo paulo profundior; ſolet enim, velut etiam in icone, peculiari linea, quae minimorum Nabothi ovorum ſeriem ſaepius ſuſtinet, cervicis canalis ab uterino cavo ſecerni & infra eandem hoc ille depreſſior eſſe. Rubellum praeterea cavum corporis eſt, albicans cervicis canalis. Multo etiam durior cervicis eſt ſubſtantia, quam uteri.

4) *Lineae trianguli* convexae ſunt, arcubus ad cavum uteri directis. In utero virgineo flexi & regulares magis ſunt illi arcus, quam in utero, qui foetum comprehendit. Haec quidem regula eſſe videtur, cujus varias aberrationes obſervavi. Ita alias leviores arcus vidi, alias rectas fere lineas, alias concavas; nunc ſuperior linea lateralibus aſſimilatur, nunc in alius formae arcum ducitur. Expanſio procul dubio, graviditate facta, iſtas mutationes facit. *In n. 32.* triangula non eſt figura, ſed laterales lineae tantillum convergunt, in cervicis canalem productae. *In n. 18.*

pariter

pariter figura regularis non eſt, ſed verſus fundum acuta, & utrinque 2 lineae cavae, quae ex canali cervicis in medium illum fundi angulum confluunt. Segmentum iſtiusmodi lineae 1. pol. 3. lin. longum eſt, & media linearum diſtantia 6. lin. Ad latus concurſus linearum orificia tubarum excurrunt. *In n. 30.* ulceribus vitiato, dextra etiam linea cervicis, non interrupta & recta, ad fundum continuatur.

5) *Canalis cervicis* ſuperiori loco anguſtior eſt, ſenſim verſus inferiora lateſcit, ad rimam denuo contrahitur, & iterum verſus propendentia orificii labia lateſcit; atque adeo curvis lineis terminatur. Raro ad aliam legem illa figura regitur: quandoque ad rimam usque, triangula fere forma, illae lineae divergunt. *In n. 11.* ex cavo corporis, 5. lin. longitudinem, anguſtus canalis deſcendit, ſenſim inde ad rimam usque oris ampliatus. *In n. 31.* medio loco anguſtiſſimus canalis eſt, ſurſum deorſumque expanſus.

Elegans *eminentium rugarum arbuſcula* utriusque plani ſuperficiem in canali cervicis diſtinguit, in virginibus praecipue regularis & in reliquis ſaepiuſcule irregularis. Plani anterioris rugae, elatiores, ex medio quodam trunco longitudinali, velut oblique aſcendentes utrinque rami, diſperguntur, cum minoribus aliis obliquos ramos ſecantibus & diſpoſitionem reticularem formantibus. In poſteriori plano plures trunci vario modo cohaerentes & divergentes aſcendunt. Hic quidem rugarum habitus, icone etiam expreſſus, frequens obſervatur. Alias plani etiam anterioris rugae poſterioribus aſſimilantur, vario modo confluentibus longitudinalibus. Quandoque brevis truncus mox in aliquot ramos aſcendentes ſecedit. Nunc inſignis quaedam trabs, in utroque extremo integra, media inciſura longitudinali dividitur: nunc mediae, inter trabes, inciſurae pectinibus junguntur, nunc non junguntur.

In adultis ſolam cervicem illae rugae occupant; *in foetu* autem *& junioribus puellis* in ipſum corporis cavum continuantur, ſed minus paulo prominentes: quare cavum corporis a cervicis canali minus quam in adultis diſtinguitur, neque cavi corporis forma triangula eſt, ſed parallelae fere lineae a fundo ad os uteri ducuntur. Cervice tamen mollior eſt ſubſtantia uteri, colorisque cinerei; cervicis dura & alba. Quandoque, rugae licet continuentur, ſulcus quaſi medius cavum corporis & cervicis diſtinguit. cf. & *Diſſ. de foetu perfecto. Fig. 3.*

Trabes, ſeu rami, inferiores & orificio vicinae, craſſae, verſus cavum corporis ſenſim extenuantur: craſſiores etiam in plani medio ſunt, verſus angulos laterales depreſſae: quin verſus oris rimam ſenſim complanantur. In aliis uteris magis, in aliis minus eminent. Longitudinales rugae transverſis craſſiores eſſe ſolent.

Mediae inter trabes *Inciſurae* & *Foveae* ad mucoſos ſinus ita ducunt, ut nunc pectines trabes jungentes, nunc minimae fundi fovearum eminentiae & aſperitudines ſinus diſtinguant. Magna etiam iſtorum ſinuum, ad ipſius orificii partem infimam ſeu tumentem, copia eſſe ſolet.

Varia *Sinuum* profunditas eſt, quaſi linearis. Rugae, ſive eminentiae, verſus os uteri dependent, in quibusdam apprime extenuatae, in tenuem quaſi marginem ſciſſae, atque ſinus, velut valvulae quaedam, contegentes. Ita defluentes ex utero, v. g. menſtrui & lochiales, humores ſuper illis rugis, tanquam ſuper pontibus, ſinusque non ſubeuntes, delabuntur: effluens autem ſinubus humor elevat illas rugas, verſus os uteri depluit pariterque, inferiores ſinus non ſubiens, ſuper iisdem delabitur. Ipſa etiam ſinuum orificia verſus os uteri diriguntur. cf. *Tab. VI. fig. VI. not. 2. p. 30. T. VII. fig. I. not. 2.*

Iuxta elegantem quandoque ſeriem iſta orificia disponuntur & plura in ampliorem quendam ſinum aperiuntur. Paſſim etiam minores ſinus in ipſa colliculorum tumente parte, pariter deorſum vergentes, aperiuntur. Tenacem ſinus mucum, qui integram quandoque cervicem farcit, ſecernere, ſupra notatum eſt.

In vetulis, velut in vagina, ita & in uteri cervice, praecipue in plano poſteriori, multum illae rugae ſaepe explanantur, quandoque vix conſpicuae, quin ad partem canalis ſuperiorem totae ita delentur, ut ſoli ſinus vel foveae compareant, & ſine media linea, vel depreſſione, in cavum uteri canalis cervicis producatur. Quandoque v. g. in *n. 23. 26. 27.* alte etiam rugae prominent.

In *uteris feminarum plures dies puerperarum*, quum multum jam ſubſtantia contracta eſt, rugarum cervicalium conſpicua diſpoſitio eſt, aſſimilanda aliquo modo figurae hujus tabulae primae, reticularis nempe & favis apum ſimilis; medius ad plani anterioris ſuperficiem truncus eminet craſſus, profundae in lateribus valles diſtribuuntur, in quibus varii & teretes paſſim colliculi efferuntur, cum mediis ſinubus profundis. In iſtiusmodi uteris corporis cavum flocculentum vel villoſum eſt, velut in gravidis & recenter puerperis.

6) Non ubivis eadem *Uteri craſſities* eſt; maxima in medio corporis, dein in fundi medio, porro verſus inferiora cervicis, tandem minima inter corpus & cervicem. Tam a corpore, quam a fundo, ſubſtantia verſus tubas utrinque ſenſim extenuatur & in tubas producitur. Curvae fundum in externa & interna ſuperficie terminantes diſcrepare non videntur in virginibus. *In foetu* & *puellis junioribus* cervicis ſubſtantia, quam corporis craſſior eſt, & tenuiſſimus uteri fundus.

Firma quidem, ſed laxior & rubicundior utplurimum in *adultis*, quibus menſtruae periodi adhuc vigent, corporis & fundi ſubſtantia eſt, quam cervicis, quae ſtipatior albet. Stipatiſſima latiſſimaque illa ſedes eſſe ſolet, ex qua vagina pendet.

FIGURA V.

Ovarium finiftrum feminae, partum non enixae.*

A B Longitudo ovarii. [1])

C D Latitudo.

In corpore & fundo plura, quam in cervice, vafa diftinguuntur, quae ipfa tamen in utero non menftruato, neque gravido, parvum lumen habent, majoribus vix tenuem ftylum admittentibus. In quibusdam durities cervicis fere cartilaginea eft.

Quamvis in utero non gravido homogenea appareat uteri fubftantia & *Fibrarum mufcularium difpofitio* detegi nequeat; potui tamen quandoque junctas fibras & parallela ferie excurrentes, mufcularium perquam fimiles, in iftiusmodi uteris diftinguere.

In vetulis fubftantia uteri multum induratur, fcirrhi fere fimilis, & albefcit; atque adeo naturalis definentis fluxus menftrui cauffa ex ifta duritie intelligitur, quae plethoram particularem, utut formetur, non admittit: varia potius feminae valetudine conflictantur, collecta plethora, neque effufa. Cervix etiam in vetulis reliquo utero folidior eft, quin in edentulis ita fubinde durefcit, ut diffecari vix poffit. Ex inflammatione & gangraena mollem, rubram & fpongiofam uteri fubftantiam in feminis etiam provectae aetatis vidi.

7) Afcendendo ex utero *Tubae oriuntur* & vario modo flectuntur. Cavum tubarum utrinque ex angulis cavi corporis producitur, recteque, ubi finis angulorum & tubarum initium fit, non determinatur. Quandoque in uno latere magis, quam in altero, uteri cavum ad tubas protrahitur.

Arctior tubarum in utero apertura eft, quam in icone apparet, fetamque vix recipit. Circum primam tubarum originem uteri fubftantia, longitudinem 4-5. lin. in adultis, ponitur & in tubas fenfim extenuata producitur.

*Eo fcopo icon delineata eft, ut *membranae externae cicatrices, fulci* vel foveae, fatis copiofae appareant, femina licet uterum nunquam geftaverit. Vix itaque iftiusmodi foveae editum partum femper indicare poffunt. Plerique iftorum fulcorum verfus ovarii apicem locantur, in peculiari quafi colliculo; quam quidem ftructuram in utroque iftius cadaveris latere animadverti. In aliis laeves maximam partem funt ovariorum fuperficies, quales etiam in feminis vidi, unicum partum enixis. Vidi etiam (*n. 23.*) anteriorem fuperficiem profundis fulcis diftinctam, pofteriorem leviffimis rugis parum afperam. Caeterum tumidula ovaria funt *in virgine* mediae aetatis. In *feminis etiam partum enixis* fuperficies ovariorum afperae effe folent, foveis diftinctae vel fulcis fuperficiariis & profundis, longis & brevibus, varie figuratis, angularibus & incifis.

Varia *ovariorum figura* eft. Frequenter alterum, praecipue dextrum, triangulum fere eft, alterum oblongum, cum medio colliculo, quale icon exprimit: alias utrumque oblongum eft: alias medium illud tuber defideratur & circuli arcus marginem ovarii facit: alias dimidiae fere lunae forma affimilatur: femper ad utrumque extremum arctantur.

1) *Dimenfiones* ex tabula in calce opufculi pofita intelligi poffunt, ita ut longitudo fit ad radicem ovarii ex duplicatura peritonaei. A. B. in icone: latitudo diftantia C. D. ab apice ad illam radicem. Medio loco craffities, quo magis quam in ambitu ovarium tumet, intelligi debet.

In *Vetulis* moles ovariorum multum minui folet, externa fuperficies corrugari & profundi paffim fulci formari. In aliis, moles licet minuatur, fuperficies laevigatur. In aliis adeo contrahuntur ovaria, ut ad folum medium apicem confpicua latitudo fit, inde mox infigniter arctata. In pluribus retis quaedam fpecies fuperficiem ita tegit, ut copiofiffimae & profundae foveolae formentur.

In *feminis menftruatis*, velut uteri, ita & ovariorum moles crefcit, fubftantia mollitur, fanguine, in pelvim congefto, inflatur & multum farcitur. A *graviditate* pariter moles augetur & fubftantia mollitur, qui etiam habitus in puerperium protrahitur: cf. IAC. DENYS. *l. c. C. III. p. 46.*

Ovaria foetuum & puellarum juniorum prifmaticae quafi figurae funt, tribus fuperficiebus & tribus angulis diftincta. Lati nempe ligamenti productio quaedam, velut brevis pedunculus, in pofteriorem fuperficiem firmatur, opponitur anterior

FIGURA VI.

Veſiculae Graafianae.*

A Veſicula maxima. 1)

B B Octo veſiculae modicae.

C C Quin-

rior ſuperficies, latior poſteriori & leviſſime convexa, minor eſt convexa & inferior. Superficies laevis neque reti neque ſulcis diſtinguitur. Margines nunc acuti ſunt, vel ſcindentes quaſi, nunc inciſuris crenati, nunc latiores & teretes, quin in *n. 5.* cylindracea fere ovaria vidi. Tres ſuperficies & margines utrinque verſus apices in angulos confluunt. Magna ad latitudinem & craſſitiem longitudinis ratio eſt. In *n. 10.*, puella decem annos nata, longa eſt figura, elliptica & tota ſuperficies laevis.

In ovariis porro praeter rugas & aſperas ſuperficiei eminentias, peculiares quaſi membranae externae appendices minores obſervantur. Ita in n. 13. ovario dextro ad radicem poſteriorem, tuberculum durum, album, globoſum, lineare quaſi prominet. In 28. ovarii dextri apice tenuis lacinia dependet.

Quandoque etiam *hydadites* ad ſuperficiem ovariorum conſpiciuntur. Ita in 28. ovario ſiniſtro ad extremum ab utero remotum tres contiguae ſunt hydadites, maxima diametr. long. ſemipol.; brevis. 3. lin.: minor. diametr. 3. lin.: minima diametr. 1½. lin. Ex n. 22. ovarii ſiniſtri medio magna dependet hydatis, ultra ſemipoll. diametri.

In foetubus & puellis junioribus ſubſtantia albicans eſt, vel rubra, ad ſpeciem homogenea, humoribus multum perfuſa, vaſis ſanguiferis picta, acinoſa quaſi vel ſubtili glandulae conglomeratae ſimilis. Membrana ambiens craſſa eſt. Nihil corporis lutei, vel macularum flavarum, in illis detegitur & ſemel modo (n. 5.) aliquid veſicularum obſervavi minorum. In puella etiam 4. annorum veſiculas obſervavi. Mature itaque in ovariis veſiculas naſci liquet. Puellae 10. annorum, nondum puberis vel menſtruatae, ovaria plena ſunt ovulis magnis & parvis, quorum quaedam per externam membranam lucent. In quolibet ſaltem 30. numeravi, quorum aliquot 2. lin. diametro aequant, plura autem minora ſunt: in dextro plura in vnum acervum colliguntur. Nihil corporis lutei vel maſſularum flavarum adeſt.

In *adultarum ovariis* copioſa vaſa ex radice verſus omnem ſuperficiem, & majores praecipue rami verſus oppoſitum radici marginem, diſtribuuntur. Subſtantiam homogeneum, cellulare, firmum, ſtipatum, albicans vel cinereum parenchyma, quod Graafianas veſiculas complectitur, format. Rarius mollem, laxum & ſpongioſum ovariorum ſanorum habitum vidi in feminis, quae plures foetus ediderunt. Inflammationem vero & gangraenam emollire ſubſtantiam, etiam in vetulis, aliquoties obſervavi. Ovariorum membrana craſſa eſt & compacta, ex ligamento lato, ſive peritonaeo, continuata.

Propria & valida ſatis *Veſicularum* membrana eſt, ovarii ſubſtantiae immerſa & omni ambitu ita agglutinata, ut ſine ſcalpello non enucleetur. Ex parenchymate ovarii in veſicularum tunicam plura etiam vaſcula diſtribuuntur. cf. *Fig. VI.* Ex iisdem veſiculis quaedam membranae ovarii ſtrictim adhaerere & pellucere ſolent, pleraeque ab eadem remotae non ſunt, pauciores in profundiori ſubſtantia latent. Ex peculiari pedunculo veſiculas in ovario non pendere liquet, ſed ſubſtantiae aeque ope, ac vaſorum, cum ovariorum ſubſtantia cohaerere; neque adeo veriſimile eſſe, in conceptione omnes illos nexus, ut veſicula abſcedat, ex internis viribus ſolvi, qui difficulter in cadavere ſcalpello cedunt. Superficies interna veſiculae cavae tota laevis eſt. Continent veſiculae liquorem aquoſum, rubellum, parum tenacem & digitis adhaerentem.

*Haec icon ad n. 30, feminam nempe 30 quaſi annos natam & unicum partum enixam pertinet. In ambitu uteri multum puris ex magnis ulceribus fluxit, immixtumque ita ſcirrhis fuit totum ovarium ſiniſtrum, ut nihil vel veſicularum, vel corporis lutei in eodem diſtingui potuerit. Dextrum quidem ovarium, ſcirrhis etiam implantatum, ſed totum adhuc integrum, ob veſicularum tumentium conſpicuam formam, in icone delineatum eſt. Detracta eſt tota membrana externa, craſſa, laevis, cicatricibus non aſpera, cum ſcirrhis ambientibus celluloſae ope cohaerens. Multum ſubſtantiae eo ſcopo eraſum quaſi vel exſculptum eſt, ut pleraeque veſiculae, praecipue cunctae majores, appareant. Nihil hoc ovarium corporis lutei comprehendit, ſed plures veſiculas, quarum 16 in icone exhibentur. Propriae veſicularum membranae eleganter vaſculis pictae ſunt. Medium etiam inter veſiculas parenchyma apparet. Procul dubio formatum a conceptione corpus luteum in ſiniſtro ovario delituit.

1) Memoratu dignum eſt, ſaepe in alterutro, ovariorum, inter reliquas veſiculas unam inſigni mole

C C Quinque veſiculae minores.

D Magna veſicula inciſa & collapſa.

E Minor veſicula inciſa & collapſa.

mole eminere &, velut A., ſuperficiei ovarii proximam eſſe; illa ſede per extenuatam ovarii membranam pellucere, ipſamque parum elevare. cf. & *Icon Diſſ. m. de uteri ſcirrho.* Id. v. g. obſervavi in *n. 9. & 11.* ovario dextro. *n. 15.* ſiniſtro. in *n. 28.* ſiniſtro. *n. 29.* dextro. *n. 34.* ſiniſtro. *n. 35. ad latus corporis lutei*, & *38.* dextro &c. Notetur in utraque femina menſtruata. *n. 28. & 29.* iſtiusmodi magnas veſiculas obſervatas eſſe, & in aliquot puerperarum.

An *matura* prae reliquis, ad faciendam conceptionem, iſtiusmodi *veſicula* eſt? membranam ſenſim ovarii ad faciliorem rupturam disponens, plusque humoris ad conceptum colligens. Plethora procul dubio particularis in pelvi collecta uberiorem liquoris veſicularum ſecretionem facit.

Incertus in ovariis *veſicularum* numerus eſt, & varia *moles.* Diametri linearis, duarum linearum & dimidiae lineae utplurimum eſſe ſolent; quandoque majores minoresve obſervantur. Rariſſime tot magnae, quot in praeſenti icone, ſimul in eodem ovario notantur: nempe, praeter hoc, in ſolo ovario dextro feminae, hydrope ovarii ſiniſtri laborante, 50 ſaltem veſiculas vidi diametri a dimidio pollice ad 2 lineas. Putarem itaque inſigne multarum veſicularum incrementum morboſum quidem eſſe, aſt ob id ipſum veſicularum habitum luculentius illuſtrare. In ſanis ovariis veſiculae fere ut in *fig. VII.* ſe habent.

Non recte in ovariis *numerus veſicularum*, quarum quasdam facile praeterimus vel deſtruimus inquirentes, iniri poteſt. Quaedam ſpecimina recenſebo, ad quae reliqua aeſtimari poſſunt. In n. 34. quolibet ovario ſaltem 39. veſiculas numeravi, inter quas in ſiniſtro latere ſex tunica dura, contracta & a ſubſtantia ovarii facile ſeparabili cinguntur; quaedam adhaerent membranae ovarii ibi tenui & transparenti, inter quas magna, matura, eſt 3. lin. diametri, ad inferiorem ovarii apicem; pleraeque parvae ſunt, quaedam 2. lin. diam. In dextro plures ſunt, quarum diameter 2. lin. aequat, nulla magna, matura, reliquae parvae: plures paſſim in unum acervum ſtipatae ſunt. In n. 9. dextro ovario pleraeque membranae ovarii applicantur, maximae lineares ſunt, reliquae vario gradu minores. In n. 11. praeter magnam, maturam, longam 2. lin. & ultra lin. latam, cujusque membrana vaſis eleganter diſtincta eſt, plures utrinque parvae ſunt, capitibus acuum non majora. In n. 38. ovario dextro ſaltem 21. veſiculas vidi, vaſis ſolito more pictas, linearis & ultra, quin 2. lin. diametri, aliasque linea minores. Matura, 6. lin. longa & $4\frac{1}{2}$. lin. craſſa, ad inferiorem ovarii apicem locatur. Plures veſiculae ſuperficiei anteriori, quam poſteriori inhaerent. In n. 35. plerisque in locis veſiculae pellucent. In n. 36. ovario dextro mox pone membranam veſiculae locantur, paſſim oblongae, diametr. $1\frac{1}{2}$ l. & lin. aliaeque minores. In ſiniſtro pleraeque verſus ſuperficiem poſteriorem ponuntur. In n. 28. ovario ſiniſtro matura 4. lin. longa & 3. lin. lata eſt. In n. 29. dextro illa magna 4. lin. diametro aequat.

In vetulis nil amplius veſicularum reperitur, ſed tota ſubſtantia celluloſa eſt, ſpongioſa, nunc laxa & mollis, nunc dura vel ſcirrhoſa, cum immixtis vaſis ſanguiferis, ipſaque ovaria mole multum minuuntur. Unicum ſpecimen ovariorum ex vetula, in quibus aliquid verarum veſicularum reperi, minorum tamen, quam in junioribus, eſt n. 23. In quibusdam illorum ovariorum loco ſuetarum veſicularum reperiuntur *corpuſcula alba* vel cinerea, dura, fibroſa. Veſiculae per aetatem ſpiſſatae & in ſcirrhoſos quaſi globulos mutatae mihi eſſe videntur. Vix haberem pro luteis corporibus mutatis, quorum longe alius habitus eſt. Fere etiam in ſolis vetulis haec corpuſcula alba reperiuntur, globoſa &, ſi durities excipiatur, veſicularum ſimillima: luteis etiam corporibus copioſiora ſunt. In n. 10. ovario ſiniſtro aliquot ejusmodi globulos lineares vidi, aliudve corpuſculum cavum, rugoſum: in dextro tuberculum durum ex ſuperficie anteriore prominet, aliquot lineas craſſum, cavum, peculiari membrana rugoſa factum. In n. 15. ovario ſiniſtro vidi ejusmodi corpus ſcirrhoſum, aliquot linearum, & aliquot minora, cuncta apprime globoſa. Aliquot etiam in dextro notavi variae molis, inter quas maximi diameter 2. lin. excedit. Admodum rugoſa ſunt illa corpuſcula, tanquam ex amplioribus veſicis in anguſtas rugas contractis nata. In n. 20. ovario ſiniſtro 4. ejusmodi vidi ex lamellis fibroſis, ſibi impoſitis, conflata; circinatum unum maximum, oblongum, diametri longae 2. lin. brevis $1\frac{1}{2}$. lin. Majus totum ſolidum eſſe videtur, minora exiguum cavum habent coecum. In dextro corpus albicans, diametri quaſi $1\frac{1}{2}$ lin. ſine cavo, in acinos quaſi diviſum, ſive lamellas ſibi impoſitas, & bina alia minora, quae minimum cavum comprehendunt. In n. 26. plura iſtiusmodi corpuſcula vidi, cinerea, rugoſa, in radios quaſi diſtincta,

velut

FIGURA VII.

Perſciſſum ovarium feminae parturientis.*

A A Radix ovarii.
B Corpus luteum.
C Magna veſicula. 1)
D D Apertae veſiculae.

FIGURA VIII.

Corpus luteum ex cadavere feminae illico a partu mortuae. n. 36

Ambitus ovarii ſiniſtri cum corpore luteo delineatus eſt.

A Corpus luteum. 1)

B C

velut veſicae urinariae calculi eſſe ſolent, diametri linearis. In nonnullis circa exiguum cavum contrahitur ſubſtantia. In n. 23. ovario ſiniſtro, quaedam iſtiusmodi apparent alba, ſcirrhoſa, rugoſa, oblonga. Maximum longum eſt 4. lin. craſſum $2\frac{1}{2}$.lin., intus tantillum cavum aliquid liquoris comprehendit. Aliud longum eſt $2\frac{1}{2}$. lin. craſſum $1\frac{1}{2}$. lin., parique modo in centro ſubſtantiae ſulcus rugoſus eſt cum contento liquore. Aliud globoſum, lineare & alii plures globuli minores. Dextri tota ſubſtantia referta eſt corpuſculis globoſis, linearibus & paulo majoribus minoribusve: unum adeſt longum 2. lin. & ultra lineam craſſum. In n. 34. feminae puerperae ovario dextro aliquot veſiculas duras, contractas & ſpiſſatas vidi. In n. 13. ovario dextro vidi in profunda ſubſtantia veſiculam, cujus tunica nigra, atque adeo corrupta.

*Pertinet haec icon ad uterum *Tab. I. II. & III.* pictum n. 37. Exhibet mediam ovarii ſiniſtri ſectionem, reclinatis ſegmentis & ad radicem ovarii cohaerentibus.

1) Praeter magnam hanc veſiculam, 19 alias in eodem ovario vidi, quarum 14 integrae in icone apparent, 2 apertae, variae amplitudinis, linearis, majoris minorisve. Pleraeque harum veſicularum propinquae ſunt membranae ovarii & in glomera quaſi colliguntur: duae inter corpus luteum & membranam ovarii collocantur. In dextro ovario pari modo 20 quaſi veſiculae, quarum vero nulla peculiari mole inter reliquas eminet, diſtribuuntur, nihil autem lutei corporis notatur.

Siniſtri ovarii *Corpus luteum* flaveſcens eſt, firmum pro more in feminis parturientibus ſolito, in acinos quaſi, velut glandula quaedam, diſtinctum, longum 4. lineas, latum 3. lineas, craſſum 2. lineas. Superficies ovariorum maximam partem laevis eſt. In cujuslibet tamen criſta coecum membranae externae foramen modicae profunditatis obſervatur, quod in corpus luteum non ducit, licet hoc verſus ſuperficiem locetur.

1) *Corpus luteum* locatur in rotundo apice, in quem ovarium excurrit ad A., longum eſt 7. lin. altum 4. lin. Totam ovarii craſſitiem occupat, immediate pone ovarii membranam, illa ſede tenuiorem, locatum; ab ovario, cum quo celluloſae ope cohaeret, ſeparari ſine laeſione poteſt; nulli peculiari ovarii rimae reſpondet; neque canalis in illo excavatus, ſed totum ſolidum eſt. Luteus color eſt, ſubſtantia acinoſa, acinis admodum compactis & ad ſeſe preſſis, ambitus rotundus. Poteſt aliquo modo, velut in glandulis ſuprarenalibus duplex *ſubſtantia* diſtingui, ad D. *corticalis* & *medullaris*;

B C Longitudo ovarii. 2)

D Perſciſſum corpus luteum.

E Magna ovarii dextri rima.

FIGURA IX.

Ovarium feminae, quae unicum partum edidit. n. 29

a. b. c. Corpus luteum ovarii ſiniſtri angularis formae: media linea eſt nucleus fuſcus. *

quarum illa inaequalis craſſitiei, 1. - 2. lin., lutea, comprehendit hanc medullarem albam, quae tenuis, & membrana quaſi calloſa, alium *nucleum flavum* includit craſſiorem. Subſtantia caeterum lutea tota ſolida & homogenea apparet. Ad ſuperficiem ovarii anteriorem inter ovarii tunicam & corpus luteum, velut ad n.37., mediae ſunt duae veſiculae graafianae majores una $1\frac{1}{2}$. lin. diametr. altera 1. lin. Nihil in dextro ovario corporis lutei, ſed plures veſiculae, inde a diametro $1\frac{1}{2}$. lin. ad $\frac{1}{4}$ lin. partem.

2) B. Longus apex eſt, in quem excurrit ovarium verſus nexum ſuperiorem ſ. utero propinquum. In ovario dextro ſimilis apex ad inferiorem ovarii ſedem pertinet. C. Apex alter, rotundus, inferior eſt. Hujus cadaveris ovaria in ſuperficie externa pluribus quidem foveolis, rimis vel cicatricibus, iisdemque admodum laceris, diſtincta ſunt, quarum tamen nulla vel in corpus luteum ducit, vel in veſiculam, ſed ſine ordine quaſi ac lege disponuntur: humidae & mucoſae in recenti ſubjecto ſunt illae *rimae*. In dextro verſus inferiora magna adeſt E. angulum faciens, cum lateribus aſperis 3. lin. longis; & alia leviter incurva. 4. lin. longa. Quin plures in ſuperficie ex tenui pedunculo papillae propendent, rugae & eminentiae. In ſiniſtro ovario aliquot (3-4) etiam prae reliquis adſunt iſtiusmodi rimae 3. lin. longae. Dedita opera in deſcribenda paſſim ovariorum ſuperficie externa prolixior ſum, ut appareat, ſine omni regula vel ordine vario modo in variis cadaveribus foveolas atque rimas disponi. Rariores ſunt in aliis ovariis, in aliis copioſiores, aeque in variis aetatibus, ſi juniores excipiuntur, quin in illis, quae partum non ediderunt, copioſae obſervantur. Alias luteo corpori ejusmodi rimae reſpondent, alias non reſpondent. Partim ex rupta a conceptione ovarii membrana, partim ex aliis cauſis, oriri putarem. Duae quidem obſervationes dictae fig. VII. & VIII. habitum ovariorum explanant, qualis eſſe ſolet circa ipſum partus terminum; prioris enim obſervationis femina mortua eſt in partu maturo, poſterioris illico a partu, cum placenta ſolveretur. Ea quidem periodo cum ſcirrho luteo, ſolido & acinoſo comparari poteſt, vel cum glandula quadam in ſcirrhum indurata.

In *puerperis* ſimilis quidem habitus, ſed ſenſim contractior eſſe videtur. In n. 35. feminae 3. dies puerperae ovario dextro iſtiusmodi corpus eſt molle, parvum & compreſſum, longum 3. lin. lat. 2. lin. craſſum $\frac{1}{2}$ lin., in quo nihil vaſorum apparet, ipſa licet ovaria inflammata ſint. Nil vel aperturae vel cavi in eodem eſt. Ovariorum membrana inaequalis eſt, rugoſa, acſi cicatricibus diſtincta v. obiter reticulata eſſet. Pellucet autem colore ſuo flavo per membranam externam ibi tenuiorem, ubi eidem applicatur, corpus luteum.

In n. 34. feminae octiduum puerperae, ovarii ſiniſtri medio, ad ſuperficiem poſteriorem verſus marginem, transparet ejusmodi corpus per tenuem & pellucentem ovarii membranam, longum $4\frac{1}{2}$. lin. latum 4. lin. craſſum 2. lin. Separari a ſubſtantia ovarii facile poteſt, praeter illam ſedem, qua tunicae ovarii tenuiori inhaeret. Mediis membranulis in acinos vel lobulos diſtinguitur. Ex ſiniſtri ſuperficie plures tunicae externae excreſcentiae albicantes & craſſae dependent, quarum binae majores ſunt, una ad apicem ſuperiorem, altera ad inferiorem, ipſaque ſuperficies aſpera eſt. Super corpore luteo, ubi tunica ovarii tenuis eſt, duo ſunt minima foraminula, quae preſſa aliquid liquoris emittunt. In ovario dextro poſterior praecipue ſuperficies inaequalis eſt atque unica excreſcentia dependet.

Poſt

FIGURA X

In medio perſciſſum ovarium cum corporibus luteis. n. 18.

Sectio hujus ovarii uti ad fig. VII. facta eſt.

A A Majus corpus luteum. 1)

B Veſicula graafiana integra.

C Veſiculae apertae.

FIGURA XI.

Dextrum ovarium perſciſſum cum extenuatis corporibus luteis. n. 13.

Tria apparent extenuata corpora lutea & perſciſſa.

A Cor-

Poſt puerperium eo magis contrahi & indurari illa corpora videntur, quo remotior fit partus; qualia videlicet obſervantur in feminis, quae nuper partum non ediderunt.

Lutea corpora, quae ſerius a partu obſervantur, cuncta glandulis ſuprarenalibus ſimilia eſſe videntur, duplici nempe ſubſtantia, exteriore corticali, ſolida, ſeu flava lutea, & nucleo fuſco: velut etiam illae glandulae, compreſſa ſunt. Specimina ſequuntur.

* Linea a. c. longa eſt 4. lineas; linea a. b. $4\frac{1}{2}$. lineas; craſſities ex figura intelligitur. Ad ſuperficiem ovarii cicatrix huic corpori reſpondet depreſſa & coeca; ſiquidem per illam neque flatus, neque ſtylus in luteum corpus penetrat: adſunt praeterea duae aliae cicatrices corpori cuidam luteo non reſpondentes.

In n. 28. ovario ſiniſtro ejusmodi corpus eſt longum 5. lineas, latum 3. lin. craſſum 1. lineam, cujus cortex luteus utrinque dimidiae craſſitiei np. $\frac{1}{2}$. lin. durusque eſt; nucleus vero coloris carnei, ſtriam quaſi anfractuoſam ſine cavo refert. Partum hanc feminam non enixam eſſe aſſeruerunt, qui eam noverant, neque in abdomine, mammis vel frenulo aliquid repertum eſt, quod factum partum indicaret: conjectare forſan licebit, frequentes feminae abortus fuiſſe. cf. D. VANDERMONDE *Recueil periodique d'obſervations de Medecine, Chirurgie, Pharmacie T. V. a. 1756. Obſ.* D. VANDERBELLEN.

1) Verſus ſuperficiem locatur. Subſtantia qualis ſuperiorum, craſſior tamen eſt nucleus fuſcus. Longa & compreſſa forma. Longitudo 3. lin. Unum extremum ad ipſam ſuperficiem ovarii pertingit, eaque parte tunica ovarii, in ambitu lineae diametri, deſideratur, hiatumque replet ſubſtantia corporis lutei flava vel corticalis. Ipſe etiam nucleus fuſcus ad marginem hiatus pertingit, arcte concretus.

Iſta ſubſtantiae corticalis & medullaris differentia in puerperio demum, ceu ovaria ſupra deſcripta parientis & puerperarum docent, oriri utplurimum videtur; quandoque tamen citior, velut in n. 36. fig. VIII.

Diu duplex illa ſubſtantia, moles licet ſenſim minuatur, ſubſiſtere videtur. Ita in n. 28. ovario dextro 6 vidi corpora lutea, diametri 1. & 2. lin. apprime ſimilia glandulis ſuprarenalibus, cortice nempe flavo & tenui nucleo fuſco. Serpentina ſunt & in anfractus ducta, quos nucleus, ſtriae ſimilis, in omnes directiones ſequitur. Nihil cavi ineſt, ſed pro cavo nucleus fuſcus imponi poſſet. In ſiniſtro ovario unum ejusmodi parvum eſt, praeter magnum, ſupra deſcriptum.

1) Super-

A Corpus luteum, oblongum & compressum. 1)

B Simile aliud. 2)

C Minus aliud. 3)

FIGURA

1) Superficiem ovarii hoc corpus luteum non attingit. Cortex flavus, cum nucleo fusco, bene comparet.

2) Hoc usque ad superficiem pertinet.

3) In hoc cortex flavus non apparet. Simile huic duo alia inhaerent ovario, quae in icone non conspiciuntur.

Cuncta haec corpora versus superficiem anteriorem locantur. Hactenus substantia bene dignoscitur, ulterius autem temporis successu ita contrahitur, ut multum minuatur moles corporis lutei & cum lutea substantia fusca confundatur. Specimen est in ovario dextro n. 13. in quo corpus istiusmodi globosum $1\frac{1}{2}$. lin. diametri, cujus substantia ex nigra flavaque mixta est. Pertinet usque ad superficiem, ibique species cicatricis est. Inest praeterea isti ovario aliud simile, minimum, quod superficiem ovarii non attingit.

Quin in multis ovariis *corpuscula plana* velut ecchymoses spissatae utplurimum, tota *flava* & homogenea, in acinos non distincta comparent, quae an inveterata sint corpora lutea, an aliae humorum effusiones non ausim determinare. Specimina quaedam dico. In n. 9. ovariis nempe feminae, quae partum non edidit, istiusmodi vidi in utroque latere. In sinistri tuberculo C. *fig. V.* istiusmodi massa latet homogenea, lutea, in acinos non distincta, diametri lineae majoris: rimae tuberculi totae coecae sunt atque in hanc massam non ducunt, ipsaque membrana ovarii ista in sede crassa admodum est. Versus superficiem inferiorem, quae in icone non apparet, aliud ejusmodi est concrementum exiguum, ex livido flavum, quod majori rimae coecae tunicae ovarii respondet. Et alia praeterea adest major rima, nil istiusmodi corporis tegens. Pone superficiem, quam icon exhibet, duo sunt concrementa flava, a superficie, tanquam tenues trabeculae, in substantiam ovarii descendentia, quae in superficie 2 exiguis papillis respondent, quarum ambitus rimula distinctus est circulari.

Quaedam etiam in hac superficie sunt cicatrices, quibus nihil massularum lutearum respondet. In dextro ovario pone tuberculum exiguum etiam apparet concrementum flavum. Pone ovarii tunicam quaedam apparent adinstar trabum descendentia concrementa tenuia, quae cicatricibus non respondent; alia nubecula flava respondet cicatrici majori, & alii cicatrici longa trabecula.

Quodsi pro corporum luteorum, ex conceptione natorum, ruderibus has massulas habeamus, factos in illa femina abortus ut assumamus necesse est, vel sine facta conceptione ex libidine rumpi vesiculas & oriri corpora lutea. In femina hac hymen parum laesus supererat. In n. 11. ovario sinistro ampla est macula flavescens, quae ad latissimam ovarii partem, in vicinia tunicae haeret: peculiari cicatrici non respondet. Levissimae maculae flavescentes aliae hic illicve apparent. In dextro etiam aliquot sunt exiguae maculae flavescentes. In n. 13. ovario dextro, delineato f. XI., quaedam sunt maculae leviter flavescentes. In n. 15. aliquot corpuscula flava, parva, vidi. In n. 18. ovario dextro istiusmodi corpus est, sebaceum quasi, in ipso medio ovarii corpore, diametr. $1\frac{1}{2}$. lin. In n. 19. verum corpus luteum non apparuit, sed in quolibet ovariorum macula flavescens, & in dextro minimi cujusdam scirrhi species. In n. 24. minimae quaedam sunt maculae flavescentes, nihil corporis lutei. In alius vetulae utroque ovario aliquid obscure discernendi concrementi flavi in cellulosam effusum est. In n. 34. 3. exigua sunt corpuscula lutea in substantia ovarii sinistri disseminata. In dextro versus apicem inferiorem corpus luteum 2. lin. diametr. & alia macula lutea versus apicem superiorem locatur. In n. 38 ovario dextro exiguum est corpus s. macula lutea. In n. 35. ovario dextro versus apicem tenuis ovarii tunica duplicatur & laciniae instar dependet, longae 3-4. lineas, altae 2. l. crassae $\frac{1}{2}$. l.; flava est lacinia & substantiae luteae aliquid continet. In ovario sinistro tria corpuscula solidiora locantur, lutei coloris, in quibus nihil distingui potest acinosi: unum oblongum est, diamet. magn. 2. lin. parv. 1. l. duo reliqua globosa fere sunt, diametri non penitus linearis. Vasa quidem sanguinea ad haec corpuscula accedunt, sed distributa in iisdem non vidi. Ex tenui etiam pedunculo superficiei dextrae, versus originem, qua uterus est, corpusculum lenticulare, diametri linearis est, quod perscissum solidum est, durum, homogeneum, pallide flavum, sine vasis sanguiferis. An corpuscula istiusmodi propendentia utriusque hujus ovarii residua sunt lutea corpora.

In

Tab. VII.

F. 1.



F. 2.



F. 4.



F. 3.



F. 7.



F. 5.



F. 6.

F. 10.



F. 11.



F. 9.



F. 12.



F. 8.



Roederer de Utero.

FIGURA XII.

A Duae maſſulae flavae.

B Rimae circulares.

In n. 11. medio ovario dextro ſuae indolis corpus latet, nullibi tunicam externam vel cicatricem quandam contingens, facile ab ovarii circumfuſa ſubſtantia ſeparabile, albicans, leviſſime flaveſcens, ex exiguis quaſi globulis compoſitum, ſine vaſculis ſanguiferis. longum 3. lin. latum 2. l. craſſum 1. l.

In ovariis vetularum nihil eſt corporis lutei & raro conſpiciuntur maculae flaveſcentes, velut in n. 23. & alia vetula. Anne haec ſubindicant disparentia ſenſim lutea corpora eſſe illas maculas, tota in vetulis obſoleta & deleta.

Ita quidem a partu ad diſſipationem integram per varia ſchemata lutea corpora perſequi mihi licuit in cadaveribus humanis. Pari felicitate ante partum, ut in femina originem cognoſcam, uſus non ſum. Examinare in ſolo cadavere feminae mortuae, cum ſextum menſem gravida eſſet, n. 38. luteum corpus potui. Locatur in apice ovarii dextri globoſum, longum 6. l. latum 5. lin. craſſum 3. l. Subſtantia e rubella flava eſt, molliuſcula, glandularis quaſi, velut incipiens ſcirrhus. Propria membrana veſtitur. Verſus ſuperficiem anteriorem magis, quam poſteriorem locatur. Peculiarem cicatricem non vidi; ſiquidem ovarii ſuperficies aſpera, ſine peculiari cicatrice, eſt. Ex apice inferiori ovarii ſiniſtri aſperum tuberculum prominet; reliqua ſuperficies ut in dextro ovario eſt. Superficiei anteriori corporis lutei inhaeret veſicula graafiana exigua.

Facile ex hactenus de corpore luteo expoſitis apparet, carneam quaſi vel glandularem per graviditatem ſubſtantiam eſſe lutei corporis, ſenſimque in ſcirrhum flavum indurari, mediumque nucleum fuſcum formari: contrahi porro illam ſubſtantiam penitusque tandem perire. Omnia fere eadem notantur in capſulis ſuprarenalibus, carneae ſunt & glandulares in foetu & a partu ita ſenſim mutantur, velut in matre lutea corpora.

Praeter hactenus deſcriptas ovariorum partes ſaepius etiam obſervantur ſanguinis maculae effuſae, lividae, latae & globoſae, in illis praecipue cadaveribus, quibus inflammatae ſunt partes abdominales. Subinde etiam exiguae hydadites, qualia ſunt ovula Nabothi, inhaerent ovariis. Ita n. 11. ad nexum ovarii dextri cum ala ejusmodi exigua hydatis.

INDEX.

A

Alantois. Tab. V. n. 3.
ALBINVS. Tab. I. n. 13. Tab. III. n. 4. Tab. IV. n. 4.
Anguillulae arteriosae. Tab. VI. n. 1-5.
Arteria spermatica, ejus diameter, iter, & ramificationes Tab. IV. n. 20-22.
Arteria tubae, cum suis originibus Tab. IV. n. 23.
Arteria vaginalis, ejusque ramificationes. Tab. IV. n. 16.
Arteria uterina dextra cum suis ramificationibus. Tab. IV. n. 17.
Arteriarum lumina. Tab. III. n. 4.
Arteriarum ratio exposita ex variis uteris. Tab. VI. n. 6.
Arteriarum rete in partu rumpitur. Tab. VI. n. 6. *
Arteriae sinistrae uterinae arcus. Tab. IV. n. 19.
Arteriae vesicales, anterior & minor, posterior & major. Tab. IV. n. 18.

B

BERGEN (a) Tab. III. n. 1.
BOEHMER Tab. IV. n. 14. 23.
BOERHAAVE. Tab. V. n. 3.
BRVNNER. Tab. VII. fig. I. n. 6.
BVRTON. Tab. III. n. 4. Tab. VII. fig. II. *.

C

Caesarea operatio fieri potest sine periculo laesorum intestinorum. Tab. IV. n. 1.
COMMERC. LIT. NORIC. Tab. VII. fig. VIII. n. 2.
Corpora lutea ovariorum eorumque substantia. Tab. IV. n. 6. Tab. VII. fig. VIII. n. 1. Tab. VII. fig. X. n. 1.
COWPER. Tab. I. n. 3. Tab. III. Tab. IV. n. 1. 2. Tab. VII. fig. III. n. 2.

D

DENYS. Tab. III. n. 1. 3. Tab. IV. n. 1. 4. Tab. VI. n. 6. *.
DEVENTER. Tab. I. n. 3. Tab. III. 4. Tab. IV. n. 4. Tab. VII. fig. I. n. 6. Tab. VII. fig. II. *.
DIONIS. Tab. VII. fig. II. *.

E

EISENMANN. Tab. VII. fig. II. *.
EVSTACHIVS. Tab. VII. fig. II. *. Tab. VII. fig. III. n. 2.

F

FABRICIVS ab aqua pendente. Tab. I. n. 3.
FATIO. Tab. VII. fig. II. *.
FIELDING. Tab. V. n. 3.
Foetus integri positus descriptus. Tab. II. n. 1.
Foetus positus lateralis. Tab. V. n. 2. ejus aetas, pondus & longitudo. Tab. V. 3.
Foetus, circa positum lateralem qui pro vero naturali habetur, monita quaedam. Tab. V. n. 3. α-δ.
Foetus situs particularis. Tab. II. n. 3.
Foetus specimen, qui spiritum non ducit, aër licet in uterum penetret. Tab. VII. fig. I. n. 8.
Funis arteria unica est, quae in duos truncos & ramos abit. Tab. III. n. 5.
Funis arteriae & venae diameter. Tab. III. n. 5.
Funis diameter collabitur in illis locis, ubi pulsus cessat. Tab. VI. n. 6. *.
Funis mature foetus collo circumpositus. Tab. V. n. 3.
Funis sedes regulam LEVRETI non bene sequitur. Tab. III. n. 5.

G

GIFFARD. Tab. VII. fig. I. n. 6.
GRAAF (de) Tab. IV. n. 14. Tab. VII. fig. II. *. Tab. VII. fig. III. n. 2.
Gravidarum morbi & digestionis vitia. Tab. IV. n. 1.
Graviditatis datur tempus, quo pondera embryonis & liquoris amnii sunt aequalia. Tab. V. n. 3.

H

HALLER. Tab. I. n. 3. 7. Tab. III. n. 1. 4. 5. Tab. IV. n. 1. Tab. V. n. 3. Tab. VI. fig. VI. n. 2.
HANNES. Tab. III. n. 4.
HARVEVS. Tab. VI. n. 6. *.
HEISTER. Tab. III. n. 1. 4. Tab. IV. n. 1. Tab. VI. n. 6. *.
HIPPOCRATES. Tab. VI. 6. *.
HISTOIRE de l' acad. des sciences ann. 1727. 1723. Tab. VII. fig. I. n. 6.
HOORN (van) Tab. III. n. 1. Tab. VII. fig. I. n. 6.
Hydatides. Tab. VII. fig. I. n. 3. fig. V. n. 1.

K

KNIPHOF. Tab. V. n. 3.

L

LAVRENTIVS. Tab. III. n. 1. Tab. VII. fig. II. *. fig. III. n. 2.
LEVRET. Tab. II. n. 3. Tab. III. n. 5. Tab. VII. fig. I. n. 6.
Ligamentorum teretium incrementum. Tab. I. n. 7.
Ligamentorum teretium origo differens, pro differentia uterorum. Tab. I. n. 4. Tab. IV. n. 5.
Ligamentorum teretium originis differentis causa probabilis. Tab. I. n. 4.
LITTRE. Tab. I. n. 4.

M

MAVRICEAV. Tab. III. n. 4. Tab. IV. n. 4. Tab. VII. fig. II. *.
MERY. Tab. VI. n. 6. *.
MESNARD. Tab. III. n. 4. Tab. VII. fig. II. *.
MONRO. Tab. I. n. 3. Tab. III. n. 1. 4. 5. Tab. IV. n. 1. 2. 14. Tab. VI. n. 6. *.
MORGAGNI. Tab. I. 7. Tab. VII. fig. III. n. 2.
MVRALT. Tab. VII. fig. II. *.
MVLLER. Tab. III. n. 1.

N

NOORTWYCK. Tab. I. n. 3. Tab. III. n. 1. Tab. IV. n. 4. Tab. VI.

O

Ova NABOTHI, eorumque ratio. Tab. VII. fig. I. n. 3.
Ovarii ligamenti origo in diversis uteris. Tab. IV. n. 5.
Ovarii membranae externae cicatrices & sulci, &c. Tab. VII. fig. V. *.
Ovariorum corpuscula alba vel cinerea. Tab. VII. fig. VI. n. 1.
Ovariorum corpuscula plana, tota flava &c. Tab. VII. fig. XI. n. 3. fig. XII. n. ...
Ovariorum descensus & ligamenta. Tab. I. n. 8.
Ovariorum figura varia, dimensiones &c. Tab. VII. fig. V. n. 1, Tab. VII. fig. VIII. n. 2.
Ovariorum situs in feminis, diverse puerperis. Tab. IV. n. 5.

Ovi

I N D E X.

Ovi descensus ratio, in cervicem uteri. Tab. VI. fig. V. n. 3.
Ovld. Tab. III. n. 4. Tab. V. n. 3.

P

Paisley. Tab. III. n. 1.
Partus difficultas ex natibus ad os uteri conversis. Tab. II. n. 1.
Pev. Tab. IV. n. 4.
Placenta cuilibet regioni uteri, quin segmento inferiori inhaerere potest. Tab. III. n. 5.
Placenta est pars foetus. VI. n. 6. *.
Placenta marginem versus in velamenta degenerat. Tab. III. n. 5.
Placenta in partu ante foetum obvia. Tab. VII. fig. I. n. 6.
Placentae diameter. Tab. III. 5.
Placentae magnae situs. Tab. V. n. 1.
Placentae positus. Tab. II. n. 3. Tab. III. n. 5. 6.
Placentae ratio sub partum solutae Tab. VII. fig. I. n. 8.
Placentae superficies inaequalis & reticularis. Tab. III. n. 5.
Placentae superficies utero nexa. Tab. II. n. 2.
Placentae vasa in funem colliguntur. Tab. III. n. 5.
Placentae vasorum lumina exilissima sunt. Tab. VI. n. 6.*
Placentae vasorum mutatio non unice pendet ab aëris vi. Tab. VI. n. 6. *
Placentae & velamentorum cohaesio cum utero. Tab. VII. fig. I. n. 5.
Placentinvs. Tab. IV. n. 1.
Pulsus in fune, jam nato infante, cessantis, causa. Tab. VI. n. 6. *
Pulsus in fune cessat, quando placenta cum infante perpetua in utero relinquitur. Tab. VI. n. 6. *
Pulsus omnis ilico cessat, inter ligaturam funis, & placentam. Tab. VI. n. 6. *.

R

Rhodio. Tab. IV. n. 4.
Riecke. Tab. IV. n. 4.
Rvtt. Tab. IV. n. 4.

S

Saltzmann. Tab. III. n. 4.
Sanguinis fluxus ex utero ante partum & post partum. Tab. VI. n. 6. *
Santorinvs. Tab. I. n. 7.
Schacher. Tab. VII. fig. I. n. 6.
Schlichting. Tab. I. n. 2.
Schvrig. Tab. III. n. 1.
Schwammerdam. Tab. IV. n. 14.
Secundarum tunica filamentosa ejusque ratio. Tab. VII. fig. I. n. 7.
Sigismvndin. Tab. IV. n. 4.
Slevogt. Tab. VII. fig. I. n. 6.
Smellie. Tab. I. n. 1. Tab. III. n. 1. 4. Tab. IV. n. 4. Tab. V. n. 3. Tab. VII. fig. II. *
Spigelivs. Tab. IV. n. 1.
Steno. Tab. VII. fig. III. n. 2.
Stvrm. Tab. VI. n. 6. *.

T

Teichmeier. Tab. III. n. 4.
Thebesivs. Tab. VII. fig. II. *.
Thibavlt. Tab. III. n. 1.
Tincae os. Tab. I. n. 9.
Tubarum antra, earumque figura. Tab. I. n. 5.
Tubarum antra, unde oriantur, conjectura. Tab. IV. n. 6.
Tubarum antra in feminis diuerse parturientibus. Tab. IV. n. 6.
Tubarum aperturae ratio in uteris grauidis vel puerperis. Tab. VI. fig. VI. *.
Tubarum aperturae semilunares sunt, in uteris puerperarum rursus contrahuntur, caeterum recte sunt apertae. Tab. VI. fig. IV. *.
Tubarum descensus rectus & serpentinus. Tab. I. n. 5.
Tubarum distantia. Tab. IV. n. 5.
Tubarum orificia. Tab. I. n. 6.
Tubarum origo & distantia differens, pro differentia uterorum. Tab. I. n. 3. 4.
Tubarum originis differentis causa quaedam. Tab. I. n. 3.
Tubarum ortus & apertura in utero virgineo. Tab. VII. fig. III. n. 7.

V

Valvularum nihil progressum sanguinis in venis juvat. Tab. IV. n. 13.
Vanderbellew. Tab. VII. fig. VIII. n. 2.
Vandermonde. Tab. VII. fig. VIII. n. 2.
Vasa spermatica venosa. Tab. IV. n. 14.
inter Vasa uteri & placentae, nullam veram anastomosin esse, veri simillimum est. Tab. VI. n. 6. *.
de Vasorum uteri dilaceratione instituta experimenta, ubi simul objectiones remouentur. T. VI. n. 6. *.
de Vasorum uteri habitu ad internam superficiem pertinentium, memorabilia quaedam. Tab. VI.
Vasorum in cavo vteri virginei & cervicis elegans dispositio. Tab. VII. fig. III. n. 2.
Vasorum uteri virginei sanguiferorum oscula. Tab. VII. fig. III. n. 2.
Vasa uteri venosa transparentia. Tab. IV. n. 15.
Vater. Tab. I. n. 3. Tab. III. n. 4.
Velamentorum membrana. Tab. III. n. 5.
Velamentorum superficies utero nexa. Tab. II. n. 2.
Vena vaginalis. Tab. IV. n. 11.
Vena ureterica. Tab. IV. n. 11.
Vena uterina. Tab. IV. n. 9.
Venae cauae diameter. Tab. IV. n. 8.
Venae hypogastricae ramificationes. Tab. IV. n. 9.
Venae iliacae communis, externae & internae diameter. Tab. IV. n. 8.
Venae spermaticae diameter. Tab. IV. n. 14.
Venae vesicales. Tab. IV. n. 12.
Venarum lumina. Tab. III. n. 4.
Venarum parietes lacerantur in partu. Tab. VI. n. 6. *.
Venarum spermaticarum labyrinthus ad ovarii basin, ejusque origo. Tab. IV. n. 14.
Venosa tria orificia sub partum facta. Tab. VI. fig. I. n. 6.
Venosi rami, sanguinem ex utero reducentes. Tab. IV. n. 13.
Venosorum arcuum spermaticorum series, juxta tubae longitudinem, illorum anastomoses, distributionesque in uterum. Tab. IV. n. 14.
Venosorum ramorum diversa amplitudo. Tab. IV. n. 15.
Venosum receptaculum. Tab. IV. n. 13.
Venosus plexus pro vagina & utero. Tab. IV. n. 12.
Verheyen. Tab. III. n. 4.
Vesiculae graafianae, quarum una in alterutro ovario insigni mole saepe eminere solet. Tab. VII. fig. VI. n. 1. ejusmodi vesicula an prae reliquis matura sit? ibid.
Vesicularum graafianarum numerus & moles. Tab. VII. fig. VI, n. 1.
Vessalivs. Tab. VII. fig. II. *. fig. III. n. 2.
Vievssens. Tab. VII. fig. IV. n. 3.

U

Uteri apex dexter elatior. Tab. IV. n. 2.

Uteri

I N D E X.

Uteri cera repleti, latitudo, longitudo & craffities. Tab. IV. n. 4.
Uteri cervicis canalis infundibuli fpeciem format. Tab. VI. fig. V. n. 2.
Uteri cervicis columnarum longitudo. Tab. VI. fig. VI. n. 1.
Uteri cervicis craffities diverfa. Tab. VI. fig. VI. n. 2.
Uteri cervicis foveae in finus mucofos ducentes. Tab. VII. fig. I. n. 2.
Uteri cervicis finuum mucus. Tab. VI. fig. VI. n. 2.
Uteri cervicis finus. Tab. VI. fig. VI. n. 2.
Uteri cervix. Tab. I. 9. reliquis partibus ferius minusque dilatatur. Tab. VI. fig. VI. n. 3.
Uteri craffities fex menfes foeti. Tab. III. n. 1.
Uteri craffities in femina tres dies puerpera. Tab. III. n. 1.
Uteri craffities in femina octiduum puerpera. Tab. III. n. 1.
Uteri craffities augetur & crefcit. Tab. III. n. 1.
Uteri craffities omni fede non aequalis eft. Tab. III. n. 1.
Uteri craffities major eft in corpore, minor in fundo & cervice. Tab. III. n. 1.
Uteri craffities parturientis & grauidi differens pro diverfo graviditatis tempore. Tab. III. n. 1.
Uteri craffities in vetulis minuitur, ceruicis non item. Tab. VII. fig. II. *.
Uteri fibrae motrices, illarumque varia ftrata, pro diverfis uteri partibus. Tab. III. n. 4.
Uteri fibrae naturam motricem f. mufcularem habent. Tab. III. n. 4.
Uteri fibrarum motricium actio. Tab. III. n. 4.
Uteri fibrarum mufcularium nexus. Tab. III. n. 4.
Uteri fibrarum ordinis ac numeri perpetua lex fanciri nequit. Tab. III. n. 4.
Uteri figura ovata. Tab. IV. n. 4.
Uteri fundus depreffus. Tab. IV. n. 3.
Uteri fundus magis expanditur reliquis partibus. Tab. I. n. 3.
Uteri gravidi fubftantia fpongiofa eft & tenuior non fit. Tab. III. n. 2.
Uteri non gravidi difpofitio fibrarum mufcularium detegi nequit. Tab. VII. fig. III. n. 6.
Uteri internus habitus. Tab. III. n. 4.
Uteri interna membrana propria. Tab. III. n. 4.
Uteri interna membrana a vafis feparari nequit. Tab. III. n. 4.
Uteri membranae internae fibrarum circularis difpofitio. Tab. III. n. 4.
Uteri orificium. Tab. II. n. 3, ejus figura diverfaque ratio. Tab. I. n. 9.
Uteri orificii extenfio. Tab. III. n. 3.
Uteri oris menfurae. Tab. VI. fig. VI. n. 5.
Uteri paries tenuiffimus. Tab. III. n. 2.
Uteri parturientis figura differens, ejusque differentiae ratio. Tab. I. n. 1.
Uteri & inteftinorum pofitus in abdomine. Tab. IV. n. 1.
Uteri ftratorum mufcularium craffities. Tab. III. n. 4.
Uteri fuperficies laeuis & complanata. Tab. VII. fig. I. n. 4.
Uteri vafa fanguifera mufcularem uteri corticem perforant. Tab. III. n. 4.
Uteri vaforum curfus. Tab. I. n. 2.
Uteri virginei cavum. Tab. VII. fig. III. n. 2.
Uteri virginei cavi lineae. Tab. VII. fig. III. n. 4.
Uteri virginei in cervice eminentes rugae, trabes, vel rami, incifurae, foveae & finus. Tab. VII. fig. III. n. 5.
Uteri virginei cervicis canalis. Tab. VII. fig. III. n. 2.
Uteri virginei corporis plana. Tab. VII. fig. II. n. 1.
Uteri virginei craffities diverfa. Tab. VII. fig. III. n. 6.
Uteri virginei divifio. Tab. VII. fig. II. n. 2.
Uteri virginei labia. Tab. VII. fig. II. n. 4.
Uteri virginei liquores. Tab. VII. fig. III. n. 2.
Uteri virginei longitudinis ratio. Tab. VII. fig. II. *.
Uteri virginei membrana externa. Tab. VII. fig. II.
Uteri virginei os. Tab. VII. fig. II. n. 2.
Uteri virginei oris rima. Tab. VII. fig. II. n. 5.
Uteri virginei vagina. Tab. VII. fig. II. n. 3.
Utero foeto membrana a peritonaeo communis adhaeret. Tab. III. n. 4.
Uterorum, qui foetum comprehenderunt, dimenfiones, virgineorum majores funt. Tab. VII. fig. II. *.
Uterorum vaginae cohaerent cum inteftino recto. Tab. VII. fig. II. n. 6.
Uterus feminae, quae mox a partu mortua eft, totus ad inferiorem pelvis aperturam delapfus eft. Tab. IV. n. 1.
Uterus feminae, tres dies puerperae, ad ultimam lumborum vertebram adfcendit. Tab. IV. n. 1.
Uterus feminae, octiduum puerperae, fuper pelvim ascendit. Tab. IV. n. 1.
Uterus gravidus frequenter dextrum abdominis cavum occupat, inteftina finiftrum. Tab. IV. n. 1.
Uterus in puerperis mox defcendit in pelvim. Tab. IV. n. 1.
Uterus obliquus. Tab. II. n. 3. ejusque modica fpecies. Tab. VI. fig. VI. n. 1.
Uterus virgineus. Tab. VII. fig. II. *.

TABVLA

TABVLA

DIMENSIONVM VTERI.

Prior numerus pollices indicat, posterior lineas pedis rhenolandici.

	Longus uterus.	*Latus fundus* ad ortum tubarum.	*Latus uterus* in parte angustissima.	*Lata ceruix* in media parte latissima.	*Crassum corpus* in medio.	*Crassus vterus* in parte angustissima.	*Crassa cervix* in media parte crassissima.	*Crassus fundus* in medio.	*Crassum planum eleuatum* in medio.
1) Puella in partu suffocata.	1 8	- 8	- 4	- 6	- $3\frac{1}{2}$	- 3	- 5	- 1	-
2) Puella aliquot dies nata.	1 1	- 5	- 3	- 5 ad $5\frac{1}{2}$	- 3	- $3\frac{1}{2}$	- 5	- 1	- $1\frac{1}{2}$
3) Puella octo quasi dies nata.	- 11	- 4	- $3\frac{1}{2}$	- 5	- 2	- 2 & paulo ultra	- 4	- $\frac{2}{3}$	- 1
4) Puella tres quasi menses nata.	- 11	- 4	- 4	- 5	- 2	- 2 & paulo ultra	- 4	- $\frac{2}{3}$	- 1
5) Alia trium mensium.	1 1	- 4	- $2\frac{1}{2}$	- 5	- $2\frac{1}{2}$	- 2	- $3\frac{1}{2}$	- $\frac{2}{3}$	- 1
6) Puella annum nata.	1 2	- $4\frac{1}{2}$	- $2\frac{1}{2}$	- $4\frac{1}{2}$	- 2	- 2 ad $2\frac{1}{2}$	- $3\frac{1}{2}$	-	-
7) Puella quatuor annorum.	1 1	- 6	- 3	- 5	- 2 & paulo magis	-	-	- $1\frac{1}{2}$	ultra 1
8) Puella decem annorum.	1 6	-	- 4	- 5	- 3	paulo minus ac 3	- 8	vix 1	-
9) Virgo 22 annorum.	2 3	1 8	- 9	1 1	- $9\frac{1}{2}$ ad 10	- 5	- 6	- 4	- 5 ad 6
10) Femina 30 annorum.	2 3	1 7	- 11	1 1	- 9	- 8	- 9	- 4	- $5\frac{1}{2}$
11) Femina 25 ann. quae partum edidit.	2 9	1 6	- 9 ad 10	1 2	- 11	- 9	- 9 ad 10	- 4	-
12) Femina 25 ann. semel partum edidit.	-	-	-	-	-	-	-	- 5	- 6
13) Fem 30. ann. semel partum edidit matur.	2 9	1 10	- 11	- 11	1 1	- 11	- 8	- $9\frac{1}{2}$	- 8
14) Femina 30 annorum. Partum edidit.	2 10	2 -	- 10	- $11\frac{1}{4}$	-	- 4	-	- 7	-
15) Femina 36 annorum. Partum edidit.	3 6	1 10	1 1	1 4	1 2	- 11	1 -	- 7	- 8
16) Fem. 36. annorum. Partum edidit.	4 3	2 9	1 6	1 9	1 4	- 5	- 7	- 7	- 9
17) Femina 40 annorum.	2 6	1 10	1 -	1 3	1 2	- $4\frac{1}{2}$	- 7	- $5\frac{1}{2}$	- 7
18) Femina 40 annorum. Partum edidit.	3 2	1 10	- 10	1 3	- $11\frac{1}{2}$	- 8	- 9	- 5	- 7

Longa linea superior Δi interni corporis.	*Longa linea lateralis* Δi interni corporis.	*Longum cavum corporis* a fundo ad canalem ceruicis.	*Longus canalis ceruicis.*	*Diameter rimae* in orificio.	*Diameter canalis ceruicis* in loco inferiore s. latiore.	*Diameter canalis ceruicis* in loco superiore.	*Longum labium* oris anterius. ab adhaerente vagina dimensio capta est, ad apicem labii.	*Longum labium* oris poster.	*Longa vagina.*
- 8 fere recta, parum cava.	dextra 8 sinistra 7 fere rectae, parum concauae.	- 6	- 11	- 2	fere 4	ultra 2	- $3\frac{1}{2}$ anterius ultra posterius 2 lineas dependet.	- 3	2 1
Tota longitudo cavi uterini 1 poll. forma uti n. 3.				- 3	A rima ad partem uteri angustissimam canalis contrahitur, inde ad fundum parallelae fere lineae, tantillum divergentes ad fund.	- 2	- 3	- $2\frac{1}{2}$	1 9
Forma triangula non est sed parala fere lineae a fundo ad os uteri ducuntur.		- 4	- 7	- 2	- $2\frac{1}{2}$	- $2\frac{1}{2}$	- 3 anterius ultra posterius supra lineam dependet.	- $2\frac{1}{2}$	2 9
- 4 concavum est.	- $3\frac{1}{2}$ concava latera.	- $3\frac{1}{2}$	- 7	- 2	- 2	- $1\frac{1}{2}$	- 2	- 2 & ultra	1 6
uti n. 3. longum totum cavum 13. lin. Cavum corporis a ceruice distinctum non est, sed rugae ad fundum continuantur.				- $1\frac{1}{2}$	- 2 Medio loco canalis contractus ad $1\frac{1}{2}$ l.	- $2\frac{1}{2}$	- 2 caet. uti n. 3.	- 2	1 4
-	-	-	-	- 1 & ultra	-	-	- $1\frac{1}{2}$ caet. uti n. 3.	- $1\frac{1}{2}$	2 -
- 3	- 4	-	- 7	- 2	-	-	- $2\frac{1}{2}$ caet. uti n. 3.	- $2\frac{1}{2}$	1 9
Levissimae sunt convexitates. - 6	-	-	- 9	- 2	-	- $1\frac{1}{2}$	- 1 caet. uti n. 1.	- 1	4 -
1 ad 3/5	1 -	- $6\frac{1}{2}$	- $3\frac{1}{2}$	- 3	- $5\frac{1}{2}$	- 4	- $4\frac{1}{2}$ caet. uti n. 1.	- $4\frac{1}{2}$	3 1
- 5 concavum est.	- 8 concava etiam haec latera.	- 10	1 -	- 5	uti n. 11	- 2	- 3 caet. uti n. 1.	- 3	3 -
1 -	Utrinque fere 1 - rectum est.	- 9	1 4	- 6	Canalis a cavo corporis ad rimam sensim latescit.	- $2\frac{1}{2}$	- uti n. 1.	-	-
- 11 fere rectum est.	1 2	- 10	1 3	- 6	- 7	- 4	-	-	-
eminentem ar- - 19 cum convexum facit.	1 - ut n. 11.	- 8	1 2	- 6	- 6	- $4\frac{1}{2}$	0	- 3	3 6
1 3	1 4	-	- 11	- 6	-	-	0	0	-
1 3 concavum est.	1 4 latera concava.	1 4	1 6	- 5	- 8	- 3	Anterius ultra posterius 5. l. propendet. In anterius vagina sine plica producitur.	- 5	3 6
1 7 concavum est.	1 4 convexa latera.	2 -	1 6	- 8	- 10	- 6	0 non bene apparet.	0	3 6
- 10 concavum est.	1 5 convexa latera.	1 3	- 10	- 5	uti n. 11.	- 4	0	0	3 2
-	-	1 3	- 9	- 6	-	- 3	- 2 anterius ultra posterius 6. lin. propendet.	- 4	-

	Longus uterus.	*Latus fundus* ad ortum tubarum.	*Latus uterus* in parte anguſtiſſima.	*Lata ceruix* in media parte latiſſima.	*Craſſum corpus* in medio.	*Craſſus vterus* in parte anguſtiſſima.	*Craſſa cervix* in media parte craſſiſſima.	*Craſſus fundus* in medio.	*Craſſum planum eleuatum* in medio.
19) Femina ultra 40 annos. Bis partum edidit.	3 2	1 10	1 -	1 3	1 2	-	-	- 8	- 8 plani anterioris 5
20) Fem. 50. ann. quater ſaltem peperit.	3 -	2 5	1 -	1 2	1 1	-	- 10	-	- 8
21) Femina 50 ann.	3 3	1 10	1 -	1 4	- 11	- 8	- 9	- 5	- 6
22) Vetula.	3 3	1 10	1 -	1 3	- 11	- 8	- 8	- 4	- 6
23) Vetula.	2 3	2 -	- 10	1 -	- 10	- 8	- 9	- 6	- 6
24) Vetula.	2 8	1 10	- 10	1 -	- 9	-	-	- 7	-
25) Vetula.	2 8	1 10	- 10	1 5 Pars infima latiſſima eſt.	- 6	-	- 8	-	-
26) Vetula.	3 -	2 3	1 -	1 2	1 -	-	-	-	-
27) Vetula.	3 5	1 10	- 10	1 3	- 8	-	- 9	-	-
28) Fem. menſtr. 30. a. matur. partum non edidit.	3 -	2 2	Latum os vteri 1. poll. - Craſſum os vteri 6. lin.	1 6	1 8	- 6	-	- 10	- 10
29) Fem. menſtr. quae peperit ultra 20 ann.	3 8	-	-	-	2 -	-	1 2	-	-
30) Fem. quae peperit 30 a. Vlcera circa uter.	3 4	2 3 3.	1 1 in alia ſimili	vix 1 2 femina ſexagenaria.	1 2 1 6	- 9	-	- 4	- 7 totid. anterius.
31) Vetula. Vteri prolapſus.	4 3	1 11	1 1	2 8	1 1	- 10	1 8	-	-
32) Puerpera aliquot hebdom.	4 6	2 6	-	-	1 2	-	-	-	-
33) Puerpera 3 hebdom.	7 6	4 6	-	-	2 6	-	1 -	- 7	-
34) Puerpera 1 hebdom.	7 9	5 -	3 -	paulo ultra 3 -	2 6	-	-	- 7	- 9 totid. anterius.
35) Puerpera 3 dierum.	7 6	4 6	-	-	2 6	-	- 10	- 7	-

Longa linea superior Δi interni corporis.	*Longa linea lateralis* Δi interni corporis.	*Longum cavum corporis* a fundo ad canalem ceruicis.	*Longus canalis ceruicis.*	*Diameter rimae* in orificio.	*Diameter* canalis ceruicis in loco inferiore f. latiore.	*Diameter* canalis ceruicis in loco fuperiore.	*Longum labium* oris anterius. ab adhaerente vagina dimenfio capta eft, ad apicem labii.	*Longum labium* oris pofter.	*Longa vagina.*
1 1	1 1	-	1 5	- 7	- 8	- 4	- 8 anterius ultra pofterius 4. lin. propendet.	- 4	3 3
1 -	1 4	-	- 11 ad 13 cum labio orificii.	- 6	- 6	- 3	- 2	-	-
- 11	1 5	1 6	- 11	- 8	- 10	- 5	0 anterius ultra pofterius 3 lineas dependet.	0	4 -
- 10	1 3	1 4	1 1	- 4	- 5	Pars fuperior canalis ceruicis in apicem contrahitur & tota cohaeret, ita ut communicatio ceruicis cum utero intercepta fit. Ibi unicum ovum Nabothi parvum.	0 caet. uti n. 21.	0	3 10
1 1 concavum eft.	1 1 latera concava.	-	1 1	- 5	- 5 & ultra	anguftiffima, ut vix fetam recipiat.	orificium tumens non multum in vaginam dependet.		-
1 3	1 dextrum. finiftrum 10 caet. uti n. 11.	- 7	1 6	- 4	- 6	- 3	0	0	3 -
-	-	-	-	- 1 Teres eft apertura.	Teres eft & anguftus canalis cervicis		Leviffime dependet orificium.		4 -
In alia vetula. 1 -	1 5	-	- 8						
Cavum uteri exiguum. -	-	-	-	- 7	-	Totus in loco fuperiori canalis claufus eft.	Parum orificium in vaginam pendet.		3 -
- 11	1 5	-	1 2	-	-	-	-	-	-
1 - concavum eft.	1 6 leviter convexa latera.	-	-	- 2	-	-	- caet. uti n. 1.	- 6	-
1 2 uti n. 8.	1 8	3 -	-	fere - 10	- 6 Lineae parallelae.	- 6	- 10	- 10	-
- 7	finiftrum 1 3 dextrum 1 6	- 11	2 -	- 4	paulo latior quam - 4	- 4	-	-	-
1 - uti n. 28.	- 9	- 8	-	1 10	-	- 4 in loco anguftiffimo.	-	-	-
1 3	-	-	-	-	1 -	-	-	-	-
-	-	3 3 regularis figura eft.	1 8	- 8	- 8	-	anterius ultra pofterius 5lin. dependet. - 2 ad 3	- 5	-
-	-	-	-	-	-	-	-	-	-
-	-	-	-	-	-	-	- uti n. 18.	-	-

	Craſſities corporis lateralis C. I.	Craſſities cervicis lateralis E. K.	Craſſities cervicis lateralis D. L.
7)	-	ultra 2	-
8)	-	- 2	-
9)	- $5\frac{1}{2}$ ad 6	- 4	- $2\frac{1}{2}$
10)	- 4	- 4	- $3\frac{1}{2}$
11)	- 6	- 5	- $3\frac{1}{2}$
12)	- 6	-	- 3
13)	- 5	- 4	- 5
15)	- 7	- 7	- 6
16)	- 9	ut plani poſterioris.	
17)	- 9	- $5\frac{1}{2}$	- $4\frac{1}{2}$
18)	- 7	- 5	- 4
21)	- 6	-	-
22)	- 6	-	-
35)	1 -	-	-

TABVLA

DIMENSIONVM OVARII.

Prior numerus pollices indicat, posterior lineas pedis rhenolandici.

P

	Dextrum longum.	Dextrum latum.	Dextrum crassum.	Sinistrum longum.	Sinistrum latum.	Sinistrum crassum.	Numerus vesicularum in dextro.	Numerus vesicularum in sinistro.
1) Puella in partu suffocata	- 10.	Quodlibet laterum liberorum vltra lineam: cohaerens cum peritonaeo paulo latius		I -	vt in dextro		o	o
2) Puella aliquot dies nata.	- 8	paulo arctius quodlibet latus ac praecedens, liberum nempe I. lin.		- 7	vt in dextro		o	o
3) Puella octo quasi dies nata.	- 9	quodlibet nempe liberum latus. - 2	paulo arctius latus cum peritonaeo cohaerens.	- $8\frac{1}{2}$	- 2	caet. u. ext margines laterum valde ci[illegible]	o	o
4) Puella tres quasi menses nata	- 11	uti n. I.		- 11	uti n. I.		-	-
5) Puella tres quasi menses nata	- $7\frac{1}{2}$	- 2	- 2	- $5\frac{1}{2}$	- 2	-	Cylindracea sunt & ad vtrumque apicem acuta. In quolibet minimae vesiculae apparent, saltem 12 utrinque, velut acuum puncta, unica linearis est.	
6) Puella annum nata	- 9	latus inferius - 2 latus anterius - 3		- $8\frac{1}{2}$	ut in dextro		o	o
7) Puella quatuor annorum.	- 9	- $3\frac{1}{2}$	- 2	- 9	- $3\frac{1}{2}$	- 2	diametr. $\frac{1}{4}$ lin. I ut aciculae caput	diametr. $\frac{1}{2}$ lin. 3 & minora
8) Puella decem annorum	I 4	- 7	- 3 & paulo magis	I 4	- 6	- 3	30	30
9) Virgo 22 annorum.	I 8	- 10	- 3 ad 4	I 8	- 8	- 3 ad 4	plures	
10) Femina 30 annorum.	I -	- 5	- $3\frac{1}{2}$	- 10	- $4\frac{1}{2}$	- $2\frac{1}{2}$	ultra 5 diametr. 2. I & $\frac{1}{2}$ lin.	ultra 3 diametr. lin.
11) Femina 25 ann. partum edidit.	I 3	- 5	- 3	I 2	- 5	- 3	plures plures diametr. linear. in n. 12.	in n. 12. steatomate presso. o.
13) Femina 30 annor. semel partum edidit.	I 7	- 6	- 6	I 2	- 7	- [illegible]	vix unum alterumve vestigium exiguae vesiculae	
15) Femina 36 ann. quae partum edidit.	I 3	- 8	- 4	I 3	- 10	- $4\frac{1}{2}$	Aliquot minores, quasi lineares magna 2. lin. diametr.	magna 4. lin. diametr.
17) Femina 40 annorum.	I 5	- 7	- 2	I 2	- 5	- 2	Exiguus parvarum vesicularum numerus	
18) Femina 40 annorum. Pratum edidit.	I 5	- 8	- $4\frac{1}{2}$	I 5	- 6	- $4\frac{1}{2}$	plures diametri linearis & ultra	
19) Femina ultra 40 annos. Bis partum edidit.	I 6	- 7	- 3	2 3	- 6	- 3	Aliquot diametri quasi linearis maioris minorisve	
20) Femina 50 ann. Quater saltem peperit.	I 7	- 7	- 2	I 10	- 5	- 2	o	o
21) Femina 50 ann.	- 8	- 3	- 2	- 8	- 4	- $2\frac{1}{2}$	o	o

	Dextrum longum.	Dextrum latum.	Dextrum crassum.	Sinistrum longum.	Sinistrum latum.	Sinistrum crassum.	Numerus vesicularum in dextro.	Numerus vesicularum in sinistro.
23) Vetula.	- 11	- 5	- 4	1 2	- 6	- 4	una linearis & plures minimae in superficie.	paucae quaedam minores.
24) Vetula.	1 6	- 5	- $1\frac{1}{2}$	1 6	- 5	- $1\frac{1}{2}$	o	o
25) Vetula.	1 -	- 4	- 2	- 8	- 2	- 2	o	o
26) Vetula.	- 11 ad 12	- 3 ad 4	- 2	- 11 ad 12	- 3 ad 4	- 2	o	o
27) Vetula.	- 11	4	- 2	- 9	- 4	- 2	o	o
Alia vetula.	1 -	- 6	- 4	- 9	- 7	paulo ultra - 4	dura & scirrhosa ovaria o	o
28) Virgo menstruata 30 ann.	1 5	- 6 ad 7	satis tumet	1 5	- 8	ut dextr.	diametr. quasi $1\frac{1}{2}$ lin. 3	3
29) Fem. menstr. quae peperit ultra 20 ann.	2 -	- 9	- 6	2 -	- 9	- 6	ultra 9	9
30) Fem. quae peperit ulla 30 a. Vlcera circa uter.	1 10	- 1	- 5	-	-	-	ultra 16	-
31) Vetula. Vteri prolapsus.	1 6	- 6	- 3	1 6	- 7	- $3\frac{1}{2}$	o	o
32) Puerpera aliquot hebdom.	2 3	- 7	- 2	2 3	- 9	- 2	-	-
33) Puerpera 3 hebdom.	1 6	- 6	- 4	1 6	- 6	- 4	plures.	ultra 10
34) Puerpera 1 hebdom.	2 -	1 -	- 3	2 -	- 9	- 3	39	39
35) Puerpera 3 dierum.	1 9 2 -	1 -	- 3	1 9	1 -	- 3	paulo maiores, 7 ac in sinistro.	diametri linearis & ultra 5
36) Fem. quae mox a maturo partu mortua.	praeter excur- 1 1 tem apicem.	- 8	- 4	1 5	- 9	- 4	14	7 & plures
37) Fem. in partu ex haemorrhag. mortua.	1 6	- 5	paulo minus ac - 3	1 10	- 8	- 3	20	20
38) Femina 6. menses grauida.	1 7	- 11	- 6	1 7	- 10	- 3	21	17

Z

1007118

La coperta originale
si trova in scatola
nella stanza 28

MC

AI

IOANNIS GEORGII ROEDERER. D.
MEDICINAE SPECIATIM ANATOMICAE ARTIS ATQVE OBSTETRICIAE P. P. O. ACADEMIAE SCIENTIARVM IMPERIALIS PETROPOLITANAE, SOCIETATVM REGIARVM SVECICAE AC GOTTINGENSIS SOCII, ET LAT. IENENS. HONORARII COLLEG. CHIRVRG. PRAESIDIS ET PRINCIPATVS GOTTINGENSIS PHYSICI.

ICONES
VTERI HVMANI
OBSERVATIONIBVS
ILLVSTRATAE.

BIBLIOTECA NAZIONALE
1872
FIRENZE

GOTTINGAE
SVMTIBVS VANDENHOECKIANIS
MDCCLVIIII.